



8
1813

G-31-232

Le Saire National de Basle

noyed have have

republican and liberal

image

ad hoc, ut quædam præcipua

am' L. J. J. J.

[P. 100]

Periphrasis

DIALECTICARVM

INSTITVTIONVM

TRACTATVS

Auctore R. Fr. M. ARTINŌ CAXOL, *Liberarum Artium*
Magistro, & in Academia Osceſi. Interprete.

Ad Clarissimum, & Perillustrem Virum D. D. Cyprianum
Azcon, Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsarangultanæ
Canonicum, & totius Valentini Archie-
piscopæi Vicarium Generalem.


Anno



1633.

CKM LICENTIA.

Ex Typis Petri Blusson, Vniuersit. Typograph.



APPROBATIO R.P.Fr.PETRI RIBAS,
Sacrae Theologiae Doctoris, eiusdemq; subtilissimi
Interpretis, in Collegio Osceñ. Ss. P.
Bernardi Abbatis.

de la leberia de P. Ribas
EX Commissione Perillustris Domini Melchioris Alayeto, Archidiaconi
de Serrablo, Primariam Iuris Canonici Cathedram Vniuersit. Osceñ Regē-
sis, necnon pro Illustris, ac Reuerendis. D. D. Francisco Nauarro de Eugui Epis-
copo Osceñ. Vicarij Generalis meritisimi; Tractatum hunc Dialecticarum
Institutionum, Auctore P. Fr. Martino Caxol, Regalis Mercenariae Familiae
Alumno, Liberalium Artium Magistro, & Professore in Osceñ. Academia, cum
omni volupate, & alacritate legi, & perlegi, inuenioq; in eo praeclaram doctri-
nam; utpote discipuli fidelissimi S. Thom. & Aristot. non solum fidei non contra-
dictoriam; sed etiam veritatibus Dialecticis Philosophicisq; tum etiam, & ali-
quibus Theologicis exponendis non parum utilem. Evulgat Auctor sui ingenij
summa, & breuitate (quod raro evenit) in explicandis, & disponendis his, quae
in Summulis per volui, & peragi consuevere, & quod apud alios solum definitio-
num assertis complicantur rationationibus exornat, extricat, & elucidat, &
ideo hoc opus doctis iucundum, & Tyronibus utilissimum. Sed secundiore ab
ipso praestolor partum prolificum, & superiores operis lucubrationes. Quare dignū
iudico, ut opus typis mandetur Oscae in Collegio Ss. P. nostri Bernardi Abbatis,
Anno 1633. Die verò 23. mensis Iunij.

P. Fr. Petrus Ribas.

Facultas Perillustris D. Melchioris Alayeto Vicarij
Generalis Osceñ Diocesis.

NOS D. Melchior Alayeto Archidiaconus de Serrablo, Pri-
mariae Cathedrae Iuris Canonici Vniuersit. Osceñ. Professor,
ac pro Illustris, & Reuerendis. D. D. Francisco Nauarro de Eugui
Episcopo Osceñ. Regioq; Consiliario, Vicarius Generalis in Cui-
tate, & Diocesi Osceñ. facultatem concedimus, ut typis mādetur
Tractatus hic Dialecticarum Institutionum, quia nobis constat,
nihil in eo contineri contra fidem Catholicam, & bonos mores.
Oscae 23. Iunij, Anno 1633.

D. Melchior Alayeto, Vic. Gas.

*APPROBATIO R.P. Fr. GABRIELIS
Valançæ, sacre Theologiæ Magistri, & Liberalium
Artium subtilissimi Interpretis, in Cæsa-
raugustana Vniuersitate.*

DE mandato R. A. P. nostri Prouincialis, *has Institutiones Dia-
lecticas*, à P. F. Martino Caxol, Liberalium Artiū Magistro,
& Professore subtilissimo in Oscensi Academia, lubens legi, lu-
bentiusq; perlegi, nihilque reperi, quòd tam moribus, quàm re-
bus nostræ orthodoxæ fidei sit dissonū: imò maximam studentium
facilitatem, seu potius incipientium leuamen in futurum, nam
cum modum inscribendo tenet; vt nec dicat superflua, nec taceat
necessaria, sed ita sit longus, vt omnes sine tædio legant, & ita bre-
vis, vt nihil quod ad explicationem pertineat, prætermisum esse
videatur, & ita dignum est, vt prælo mandetur. In Conuēto B. Ma-
riæ de Mercede Cæsaraugustano 18. Iunij, Anno 1633.

Fr. Gabriel Valançæ.

FACULTAS ORDINIS.

EGO Fr. Joannes Ferrero, sacre Theologiæ Magister
humilis Prouincialis totius Regni Aragoniæ, Ca-
taloniæ, & Naurræ, Ordinis B. Mariæ de Mercede
Redemptionis Captiuorum, tenore præsentium faculta-
tem cōcedo P. Fr. Martino Caxol, vt *has Institutiones*
Dialecticas, obtenta prius Ordinarij licentia typis man-
det. Dat. Cæsaraugusta, in nostro Conuentu 18. Junij,
Anno 1633.

Fr. Ioannes Ferrero Prouincialis.

PER-

PERILLVSTRI, AC CLARISSIMO
viro D. D. Cypriano Azcon, Metropolitanae Ecclesiae
Caesaraugustanae Canonico, & totius Valentini
Archiepiscopati Vicario Generali.

*P. Fr. Martinus Caxol, Ordinis B. M. de Mercede Redemp. Capt.
felicitatem nuncupat eternam.*

BARD Ingenij mei (Perillustri vir) primicerias: ac sub
acidas lucubratiunculas tutamento clypeari sanxi gra-
tanter tuo; ipso enim primordialiter obtemperandi ti-
bi, aviditate magna, ligamen detego: consanguinitatis
propinquitatem, qua ut decoramine vnico ornor, & gloriabundus
exto, pando, & pervulgo: quantum mihi non solum subcenturia-
tus, verum & suffragatus fueris, explano praconio; licet enim of-
fertum hoc exiguum sit, & munusculum, non parum subhaerescit
tamen ardens ei amor; sicq; ne (Mecenas mi) censum inspicias
sed affectum donantis. Munimine quoq; tuo ingruentium obuia-
requibit incursum labor meus, excutiens vipereo invisos obli-
vantes dente cothurnos; Morborum etiam ulcerantes vngues tru-
ces, & tineas; ac blattas bonorum: sicut enim gemmalia (cum pos-
sint esse adulterina) non tam a nomine, quam a manu decorantur,
& magni tassantur ipsa: sic in tua opus meum, aspectent enim tuam
doctrinam, quam plausere gymnasia, & scholae coluere, emicantem
meritorum legetem, generis seriem, & perlucidum stemma, ex
quibus hereditario iure dignitates fluxere (& maiores debentur)
quibus polles modo; sed conticere licet, nam si horum affectarem
epitomem, non epistolam mitterem, sed Panegiricum concinna-
rem: vale, & vive, & te vivente, vivat mihi Patronus, nobilitati de-
cus, sedes virtuti, malis pudor, emulatio bonis.

Ad benevolum Lectorem

DIMIRABERIS (per candide Lector) tyrocinij mei audaculi inter annos, ac Sertorianę Pa-
les multiscios viros lucubrationes insolescentis
igare fumiferas. Etenim si isti reciscentes scitule
scientiarum sua exuberantia retrahunt æraria, abdunt,
& illatebrāt, cur sciolus ego circiter lactantes opellas,
huius dedignabundis temporis ad retegere proflilio au-
dencia? Retractio ista meum expergiscit animum. Iniu-
rium iudicasse sanè ex hoc sapientię thesauro non extra
here venas; sicq; opellas istas non vt priuas, sed vt ex hac
foecunda, facūda, & minali Palestra subductas, & exprop-
tas tibi (benigne Lector), antepono, & quod incultum, ac
rubicundū dispectaueris, ascisce mihi, & tuo suppono pedi:
iam ergo non displodes, dispernes nequaquam, & si te
fautorem, & auram dispexerint sapientum, illicet ad alia
pergam, prælo deprimam, in eisq; toto, quo possim in-
cumbam nissu. Vale, & perempniter fructuere.

Ad malevolum Lectorem,

*Ecce mei veris sunt primi hi Zoile flores;
Hos igitur Violas dicere iure licet:
Utque non dicam Violas, tu opera nostra
Esse facis Violas Zoile, qui violas.*

In Tractatum Dialecticarum Institutionum Carmen.

Fr. Laurentij Angles, Insignis Collegij Oscen B. V. Mariae de Mercede Redemp. Cap. Collegæ.

L Vce bona in lucem venias optata daturus
Lumina, queis lustres solis vtramq; domum:
Non alibi credam Logicæ rudimenta fuisse
Aptius: ò quanto tu grauiora doces?
Monstras iter, longa sed non ambage; nec vllus
De labyrinthis flexibus error inest,
Fila sed, in reliquis si sint vestigia libris
Cæca, quibus facili calle regantur erunt.

Asclepiadem encomium in laudem Auctoris.

Fr. Andreæ Ortigas, eius discipuli, & Collegij B. V. Mariae de Mercede Redemp. Cap. Collegæ.

V Ita si spatijs tam iuuenilibus
Lumen das sophia tale, quid accidet,
Ornes cum niueis tempora crinibus
Nutritus sophia semper in horreis?
Tis quod per geminam laudibus inclytus
Tendas Hesperiam solis ad ultimum
Peruasurus iter; siue loquacibus
Fama quod reboet laus tua cantibus,
Excelso feries sidera vertice.

Cuius.

Cuiusdam viri Religiosi, Auctoris, &
litterarum amantiſſimi ad De-
tractorem,

EPIGRAMMA.

ETſi quid liuens arroſeris ore canino
Audi, nam verum fabula falſa docet.
Errabat quondam retro per devia cancer,
Cancer ab Oceani forte repulſus aquis
Ridebat mater deceptum errore locorum
Rectus abi heus (inquit) nate age, rectus abi,
Non tenuit riſum ille, & matri hæc redidit ultro,
I præ, recta parens, rectus & ipſe ſequar.

DI A-

DIALECTICARVM INSTITVTIONVM TRACTATVS.

PROE MIVM.

INSCRIBITVR Tractatus: Institutiones Dialecticæ. vt loquendi improprietatem, ac defectum inscribendi persugiamus aliorum, & summulas nuncupantium; hæ enim modo breviori continere omnia debent, quæ inscientia, cuius summula sunt pervolvuntur. Nec minor est improprietas patiuntur, qui introductionem appellant Tractatum, cum hæc extra rem cuius talis dicitur versetur, quod Tractatus hic non appropriat sibi: ideoque à nobis aliter inscriptus est, quo evitantur incommoda dicta.

VT autem patefiat à quibus sit exordiendum obiter de methodi definitione, eiusque aliquali secatione aliquot persirigam. Methodus est: *Modus ordinatus procendendi in veritatis indagine.* Dividitur in methodum compositionis, resolutionis, & arbitrariæ. Prima est via in qua progredimur à simplicioribus, & prioribus ad magis composita, & posteriora; vt progreditur Grammaticus à literis ad syllabas, ab his addictiones, & ab istis ad perfectas orationes. Secunda est via in qua

progredimur a magis compositis, & posterioribus ad simpliciora, & priora: vt in verso ordine claret in exemplo tradito. Tertia est via, in qua ad arbitrium aliqua compellente causa alium sequimur ordinem.

Hic incipiendum est à terminis, & ideo observanda compositionis methodus. Clarescit ex Aristot. primò Physicorum capite primò aiente: in quacunque scientia ab elementis esse incipiendum, id est, à fundamentis aliorum, quæ in illa peraguntur, elementa autem, seu fundamenta modi sciendi sunt termini,

DISPUTATIO I.

eum ex eis componatur, & ita de his prius est sermocinandū.

Obijcies cum complutensibus: ignorato modo sciendi vix possumus terminorum notitiā comparare: ergo ab hoc est incipiendum. Probatur antecedens, talis modus est generale instrumentum in Logica. Respondetur, nego antecedēs. Ad probationem dico: modum sciēdi, quia est instrumentum debere cognosci ante ea ex quibus non componitur; nō verō ante

terminos ex quib⁹ constituitur.

Vrgeo, nequit de terminis agi, nisi eos definiendo, & dividendo ergo prius agendum est de definitione, & divisione, quæ sunt modi sciendi. Respondetur, distingo consequens cōfusim, & quoad an est, concedo, clarè, & quoad quid est; vt hic est agendum, nego. Quod si Aristot. citandus prius egit de propositione, quam de termino, id præstitit arbitrariam sequendo methodum.

DISPUTATIO PRIMA De Dialecticis terminis.

CONTROVERSIA I. *Quid sit terminus Dialecticus.*

PRIMA termini definitio est, terminus; est *vix significativa ad placitum ex qua simplex propositio componitur.* Refellitur, quia non competit mentali termino, & scripto; nec termino propositionis hypotheticæ. Secunda est, terminus est *signū ponibile in propositione.* Reijcitur, nam iam copula esset terminus. Tertia, terminus est *extremum propositionis.* Non admittitur, quia confusè, & permixtè terminum explicat; vt ex no-

stra clarebit definitione.

Quarta est, *terminus est compositivum proximum orationis.* Vbi compositum cum orationis est genus in quo convenit cum literis, & punctis, & proximum est differentia distinguens ab eisdem. Nō placet. Primò, propter rationem qua tertia displicet. Secundò, quia solum ad aptatur termino orationis scriptæ in qua solum sunt literæ, & puncti. Tertiò, quia solum in propositione terminus propriè datur vt infra clarescet.

Quarta,

Quarta, & vera definitio est; *terminus est in quem resolvitur propositio; ut in predicatum, & subiectū.* Hanc expræssit Arist. primò Priorum capite primò definiens sic terminum: *Terminus autem voco, in quem resolvitur propositio; ut predicatum, & de quo predicatur.*

Dices definitionem esse descriptivam. Contra primo, nam in loco citato definit etiam Arist. propositionem, & syllogismū, & non descriptivè: ergo idem credendum est de termino. Secundo, quia solū hic terminū definit, & non alibi ergo essentialiter, & non descriptivè Probo consequentiam, nam si rei definitio essentialis ita claret si cut descriptiva protectore tenetur Authoreā exprimere, alias non satis rem explanaret, sed termini essentialis definitio est perpicua ergo eam debuit Aristot. evulgare, ergo cum non aliam quam nostram protulerit, sanè credendum est eam esse essentialem, non descriptivam, nec aliam argumenti urgentiā querat, ut auctoritatem stabilias.

Probatur ratione, propositio est quoddam arte factum cuius partes sunt termini; sed artefacti partes non rectè explanantur, nisi quatenus termināt eius

resolutionem, ergo terminus non rectè explicabitur, nisi quatenus propositionis resolutione terminat. Probatur minor, partes artefacti dum coniuncte sunt, potius inter se confunduntur, quam distinctè percipiuntur, & ita si artefactum re, vel ratione resolvatur, partes videntur patere clarè.

Contra terminus prius reperitur in propositione composita quam in ipsa destructa: ergo in illo priori habebit rationem termini, & ita eius essentia non erit talem resolutionem terminare. Respondetur, distingo antecedens: prius reperitur cōfusus, & permixtus cum his quæ non sunt termini, concedo; distinctè, & separatim ab eis nego; terminus autem explicari debet per id per quod distinctè cognoscitur.

Contra etiam, terminus in propositione composita est distinctus ergo. Probatur antecedens, non est permixtus, sed cū ordine scilicet media vñione cum alio termino. Respondetur, nego antecedens. Ad probationem dico aliquando poni vñionem in medio; ut dum dico: Petrus est albus, aliquando in ultimo loco; ut cum aio: Petrus albus est, & idcō quādo

DISPUTATIO I.

propositio est composita parū cernitur discriminis inter illud quod est termin⁹, & aliud quod terminus non est.

Cōtra insuper, terminus semper habet suam essentiam, sed non semper terminat resolutionem: ergo. Respondetur, distinguo minorem actu concedo, aptitudine nego; hæc autem aptitudo essentia termini est; explicatur autem per actum, nā omnis aptitudo per ordinem ad suum actum debet cognosci.

Additur in definitione *predicatum & subiectum*, quorū primum est quod de alio dicitur, & secundū de quo dicitur prædicatum; ut in hac propositione: Petrus est currens, prædicatum est, *currens*, & subiectum *Petrus*; ad hoc autem requiritur unio medians, scilicet verbum *est*; quæ unio aliquando exprimitur, ut in tradita propositione, & aliquando non; ut in hac, Petrus currit, idem enim valet, ac si dicas Petrus est currens. Per quod fit satis obiectio ni tacitæ, quod in hac propositione, Petrus currit, verbum nō est terminus ratione sui, sed ratione participij currens quod virtualiter continetur in illo.

Infer solum prædicatum, & subiectum esse terminos, quia

ista solum propositionis terminant resolutionem; nam unio non manet, cum propositionis destructio fiat, ex eo quod partem unio dissolvatur, ut in hominis destructione claret.

Dices. perseverare unionem, licet non Physicè, benè Logicè, & quoad nostros cōceptus. Patet in artificiali reali: ut cathedra; cuius partes scilicet tabulæ uniuntur clavo perseverante post destructionem cathedræ. Respondetur, quod cum propositio sit composita quoad nostros cōceptus, etiam quoad hoc debet resolvi, & cum in qualibet resolutione aliquid destruat, etiam quoad nostros cōceptus destruitur unio. Deinde quia hæc nequit perseverare in quantum talis absque extremis cum hæc essentialiter connotet, sitq; illorum modus. Ad exemplū dico clavum esse unionem effectivè, non formaliter, quæ est iuxta positionem tabularum.

Contra, etiam prædicatum, & subiectum non manent in ratione talium post destructam propositionem: ergo etiam non erūt termini sicut unio. Respondetur, distinguo antecedens secundū relationes prædicati, & subiecti concedo, secundū significationem secundum quam com-

componunt nego; homo enim sive in propositione, sive extra illā naturā humanā significat; at verò copula componit propositionem solum quatenus cōiungit extrema, & ita cum hac ratione post destructam propositionem non perseveret, non erit terminus in quem resolvatur propositio.

Contra, licet predicatum nō perseveret post destructam propositionē potest esse terminus: ergo non dicitur terminus ex eo quod perseveret post propositionis destructionem. Probatur antecedens, quando equus moritur resolvitur in animam non perseverantem post destructionem. Respondetur, distinguo añs. licet nō perseveret prædicatum ex eo præcisè, quod propositio destruitur, potest esse terminus nego; etsi nō perseveret ex alio capite cōcedo. Explicatur: quando dicitur terminum perseverare, & non destrui post destructam propositionem intelligitur ex vi propositionis destructionis, nam destructio propositionis solum per se intendit unionis solutionem. Ad probationem antecedentis dico, idē equum dici resolvi in animam, licet non perseveret, quia destructio equi

non tendit primò, & per se in formæ definitionem, sed in unionis solutionem; non manet autem forma equi ex alio capite, scilicet quia non est ex se subsistens: sicut anima rationalis.

Obijcies primò; definitionē termini non comprehendere omnem terminum, cum hic reperiatur non solum in propositione, sed etiam in definitione. Respondetur in definitione, & qualibet alia oratione terminū propriè nō reperiri, sed impropiè & largè. Ratio est quia terminus propriè sumptus necessariò connotat medium unionis, quod solum in propositione invenies. Quod si in definitione detur unio congruentiæ, hæc est Grammaticalis, non Logicalis, quæ unio verbalis est in propositione solum reperta. Quod si etiam definitio quid compositum sit, solum ex hoc componentia postulat, non terminus.

Obijcies secundò, quia definitio, vel continet solum hæc essentialiter: in quē resolvitur propositio, & sic est obscura, ut pote non explicans quomodo debeat fieri resolutio; vel etiā comprehendit alia, & sic est superflua, ut esset hæc: homo est animal rationale; ut Petrus, Franciscus, & reliqui. Respondetur

DISPUTATIO I.

omnia tradita in definitione comprehendendi essentialiter. Nec vrger instācia, quia homo per animal rationale perfectè explicatur, & Petrus, & Franciscus non sunt illi essentialiter; contrarium autem totum in præsenti evenit.

Adverte primò terminum extra propositionem, & ante illius compositionem esse terminum in potentia; in propositione verò esse terminum in actu, nam cum eius essentia cōstitat in aptitudine ad terminandam destructionem propositionis, & hāc solum habeat in actuali propositione, quia hāc aptitudo requirit compositionem dissolvendam; hinc est, quod in actuali propositione terminus actualē rationem termini habeat secundum essentiam, licet exercitiū non habeat nisi in actuali terminatione destructionis, qua ratione; ut magis clareret terminus fuit definitus.

Adverte secundò, ad cognoscendum terminum potius fore attendendum ad significationem, quam ad collocationem, & prolationem, ut in hac propositione: *Petrus albus est*, *ly est* non est terminus, quia secundum significationem nō potest terminare destructionem pro-

positionis, et sive extremū collocetur. Similiter casus obliqui, adverbia, & aliæ dictiones; ut si dicas *video Petrum, Franciscus currit velociter*, *ly Petrum*, & *velociter* non sunt termini, sed quædam additamenta terminorum, quia ex se non habent terminare propositionis destructionem, sed conterminare, & idè non sunt termini, sed contermini.

CONTROVERSIA II.

*Num essentia termini proprij
non significativis ter-
minis competat?*

Suppone terminum dividi in significativum, qui impositus est ab hominibus, ut faciat nos in agnitionem devenire alicuius; ut terminus homo in humanitatis agnitionem pervenire nos efficit, & etiam in nō significativum, qui non est impositus ab hominibus, ut nos faciat in alicuius pervenire cognitionem; ut bluetiri, si odapsus. Ex quo fit satis tacite obiectio; licet enim terminus non significativus nos pervenire faciat in proferētis cognitionem; hoc habet naturaliter, & non ex hominum impositione, quod ad termi-

terminum significativum requiritur. Similiter terminus nō significativus alius caret omni significatione ad placitum, vtblitiri, & alius qui licet ex se nihil significet; tamen vt conjunctus cum alio, vt adverbium, *utramque*, *o*, & particula, *si*, aliquid significat, vel vt melius loquar, con significat.

ASSERT. I. Dictiones primi generis possunt verā termini rationem habere. Tutatur Toletus, noster, & meus Magister Reyes, nosterq, Leon. Probatur primò, terminus est in quem resolvitur propositio tāquam in subiectum, & prædicatum, sed in terminum non significativū potest sic resolvi propositio ergo. Probatur minor in his propositionibus *blitiri est sonus*, *blitiri non est signum ad placitum*, quælibet enim ex his resolvitur in blitiri tanquā in subiectum.

Dices cum Fonseca tunc blitiri esse terminum ratione vocis subintellectæ. Contra quia istæ propositiones *blitiri est sonus*, *blitiri non est signum ad placitum* sunt distinctæ ratione subiectorum, sed hæc subiecta non sunt distincta ratione vocis, cum in illa conveniant: ergo sunt distincta ratione sui, & ita ratione sui

erant termini distincti.

Probatur secundò, voces significantivæ aliquando supponunt pro se ipsis, & non pro re significata, in quo casu se habent ac si non essent termini significativi; sed tunc sunt propriè termini, ergo etiam voces non significantivæ. Probatur maior in his propositionibus, *homo est nomen*, *lego est verbum*, in quibus subiecta pro se ipsis tantum supponunt, & sunt propriè termini.

ASSERT. II. Dictiones secundi generis non habent veram rationem termini. Probatur, particula *si* in hac propositione, *si vera est fama*, non habet secundum se rationem subiecti, vel prædicati in quod propositio resolvatur: ergo nec rationem termini. Nec sufficit quod modifcet propositionē. Nam resolutio compositi naturalis solum fit in partes, & non in modos, atque adeò hic similiter.

Obijcies primò contra primam cum Soto, & Villalpan. Omnis propositio debet constare ex partibus significativis, si ipsa est significativa; sed partes propositionis sunt termini: ergo hi debent esse significativi; atque adeò non significativi propriè

DISPUTATIO I.

proprie termini non ciunt. Probatur maior; quia omne complexum significativum debet constare ex incomplexis significativis, cum ab eis accipiat suū esse. Respondetur, nego maiorem. Ad probationem nego antecedens, quia ut propositio sit significativa sufficit quod unum prædicetur de altero; non verò requiritur, quod singule partes significant, non enim quod competit toti, cuilibet parti debet convenire, nam totus homo dicitur homo, & nulla eius pars homo dicitur, multi lapides simul sumpti dicuntur acervus; quilibet verò eorum non est acervus.

Contra in responsione ad replicam contra quoddā corollarium in controversia precedenti diximus: prædicatum, & subiectū ex eo esse terminos, quia perseverant secundū n significationem post destructam propositionem, ergo cū terminus non significativus nequeat sic perseverare, non erit terminus. Respondetur, tūc nos loqui de termino significativo, quando autem non est significativus, tunc secundū se perseverat quantum est ex vi destructionis propositionis; ut explicuimus in responsione ad alteram

replicam ibidem traditam.

Obijcies secundò, contra secundam; particula *si* potest habere rationem subiecti in propositione: ergo & rationē termini. Probatur antecedens in hac propositione: *Si est dictio conditionalis: ubi particula si est subiectum*. Respondetur, distingo antecedens per se, & quando non ponitur ut modus alterius termini, concedo antecedens: quando ponitur ut modus secundū suam significationem ad placitum, nego; in secundò autem sensu intelligitur conclusio.

CONTROVER. III.

De termino vocali, mentali, & scripto.

Terminus vocalis est in quē resolvitur propositio vocalis. Terminus scriptus in quē resolvitur propositio scripta. Terminus mentalis in quem resolvitur propositio mentalis. Terminus mentalis appellatur cōceptus mentis, qui vel pro imagine repræsentante rem cognitam appellatur verbum mentis, seu intellectus; vel pro cognitione qua imago producitur, & res in hac repræsentata cognoscitur, potest accipi. In secundò sensu subdi-

subdividimus terminum mentalem in ultimum, & non ultimum, prior est, qui habetur de re significata per vocem, & dicitur ultimus, quia ibi sistit intellectus, posterior vero est, qui habetur de ipsa voce, & dicitur non ultimus, quia ibi non sistit intellectus, sed ulterius pergit, nempe ad rem significatam, unde fit quod conceptus de voce non significativa appelletur ultimus, quia ibi sistit intellectus, & non progreditur ad aliud cum nihil restet agnoscendum, alias terminus significativus esset.

Secatur in super terminus mentalis in directum, & reflexum. Primus est qui habetur de re, vel de voce, & dicitur directus, quia intellectus medio illo recta via tendit in rem, vel vocem. Secundus est cognitio precedens cognitionis in eadem potentia existentis; ut cum quis cognoscit se cognovisse, & dicitur reflexus, quia intellectus tunc retrocedit, & supra se ipsum flectitur. Requiritur autem quod sit in eadem potentia, nam si sit cognitio cognitionis existentis in alia potentia, erit terminus directus, quia tunc intellectus non retrocedit, nec reflectitur supra se ipsum; sed di-

recte fertur in cognitionem alterius, ac si non esset cognitio, sed res, vel vox.

Finditur deinde conceptus mentalis in intuitivum; ut cognitio qua cognosco rem presentem, ut presentem, & in se est; qualis est cognitio qua beati Deum intuentur, & cognitio qua cognosco Petrum mihi presentem; & etiam in abstractivum; ut cognitio qua viatores cognoscimus Deum, & cognitio qua cognosco Petrum mihi absentem, & dicitur abstractivus, quia quasi abstrahit, & separat rem a presentia.

Adverte terminum proprius dici de mentali quam de alijs, quia propositiones Logicæ cum sint directivæ conceptuum intellectus, potius in hoc, quam in voce, & scriptura reperiuntur, atque adeo eodem modo ratio termini qui est pars propositionis. Deinde quia scripturæ, & voces pertinent ad Logicam, quia sunt signa conceptuum.

Obijcies contra definitionem conceptus ultimi: quando quis audit hanc vocem *fumus*, format conceptum rei; sed ibi non sistit intellectus, sed progreditur ad cognitionem ignis: ergo conceptus rei non est conceptus ultimus.

DISPUTATIO I.

Respondetur, quod conceptus
vltimus nō accipitur cōparatiuē
inter duas res, alias solus Deus
esset conceptus vltimus, quia so-
lus in Deo cognito quiescit inte-
llectus; sed accipitur compara-
tiuē inter rem, & vocem, & sic
conceptus rei vltimus est.

CONTROVER. III.

*De termino absoluto, & connota-
tiuo, concreto, & abstracto.*

Terminus absolutus, qui
apud Grammaticos idem
est quod nomen substantivum,
sic definitur: *est qui significat rē
quasi per se stantem; ut homo sig-
nificat humanitatem per se stan-
tem, & non sustentatā ab alio.*
Adverte essentiam huius termi-
ni sistere non in ordine ad rem
significatam, sed in modo eam
significandi; & ita licet albedo
realiter adiaceat subiecto, ta-
men prout significatur termi-
no *albedo*, non significatur, ut
adiacens alteri, sed significatur
absolute.

Terminus connotativus qui
idem est ac nomen adiectivum
sic definitur: *est qui significat rē
quasi alteri adiacentem; ut albuū
significat albedinem, ut adia-
centem subiecto. Dicitur con-*

notativus, quia secundū suum
modum significandi significat
formam connotando subiectū.
Adverte, quod ut terminus sit
connotativus, sufficit quod ex
modo significandi significet rē
ut alteri adiacentem, licet re-
vera non adiaceat; ut rationale,
quod significat rationalitatem,
ut adiacentem, & revera non
adiacet.

Collige quod terminus con-
notativus aliud significat, & de
alio dicitur, significat formam;
ut album albedinem; tverē nō
dicitur de illo, sed de subiecto;
non enim dicitur albedo est al-
ba, sed paries est albus. Termi-
nus autem absolutus dici po-
test de illo, quod significat, ut
terminus homo dicitur de ho-
mine quem significat. Unde ter-
minus absolutus, & connotati-
vus possunt dici de eodem; li-
cet non significant idem; ut mu-
sicum, & homo possunt dici de
eodem Petro, etsi non habeant
idem significatum formale.

Terminus concretus *est qui
compositum habet significandi mo-
dum; id est, qui secundū modū
significandi componit plura; ut
album secundū modum sig-
nificandi significat albedinem
componentem cum subiecto al-
bum, homo etiam significat hu-
manis;*

manitatem, ut componentem cum substantia quoddam subsistens. Adverte non esse idem habere compositum modum significandi, & significare rem compositam, nam humanitas significat rem compositam, scilicet naturam compositam ex materia, & forma, & non habet compositum modum significandi, cum non significet illam; ut componentem cum alio scilicet substantia. Deinde non est idem habere compositum modum significandi, & significare rem, ut adiacentem alteri, nam vox homo habet compositum modum significandi, & tamen humanitatem non significat, ut adiacentem alteri.

Terminus abstractus est qui habet simplicem modum significandi, hoc est qui ex vi modi significandi non significat rem, ut albedo significat albedinis formam non componentem cum altero. Unde latius patet terminus concretus quam connotativus; omnis enim connotativus est concretus, & non est contra, nam homo concretus est, & non connotativus, quia habet compositum modum significandi; non vero significat formam, ut alteri adiacentem. Similiter latius patet terminus connotativus

quam adiectivus, nam omnis adiectivus est connotativus, & non est contra; pater enim connotativus est, utpote significans paternitatem quasi adiacentem subiecto, & non est adiectivus.

Contra etiam materia connotat formam, & cognitio obiectum, & tamen non sunt connotativi termini: ergo licet pater connotet non erit terminus connotativus. Respondetur, neque consequentiam, disparitas est quia licet materia, & cognitio significant res connotantes alias, non tamen ut alias connotantes, ut patet in albedine significantem rem revera aliam connotantem; non tamen ut connotantem rem ex vi modi significandi. Contrarium autem evenit in termino pater: infer latius patere terminum substantivum quam absolutum, nam omnis substantivus est absolutus, & non est contra, pater enim est terminus substantivus, & non absolutus. Deinde omnis terminus abstractus est absolutus, & non est contra, nam homo est absolutus, & non abstractus.

Vellem sane, ut mihi quis propalaret discrimen inter terminum abstractum, & absolutum, & etiam inter terminum concretum, & connotativum.

DISPUTATIO I.

Ostendo inter abstractum, & absolutum discrimen non dari, albedo quatenus terminus abstractus habet simplicem modum significandi; idest significat formam seorsim, & separatam à subiecto; quatenus verò terminus absolutus significat formam per se stantem; sed formam esse per se stantem, & ipsam seorsim sumptam, & separatam à subiecto idem formalissimè sunt: ergo. Ostendo inter concretum, & connotativum disidium non versari, nam albu quatenus terminus connotativus est, significat formam ut alteri adiacentem, & quatenus terminus concretus habet compositionem modum significandi, idest significat formam, ut componentem cum subiecto; sed significare formam ut componentem cum subiecto, & illam significare, ut alteri adiacentem sunt formaliter idem: ergo.

Respondendum videtur, supponendo, quamlibet adiacentiam unius cum alio esse compositionem: non verò quamlibet compositionem, esse adiacentiam nam in homine datur compositio humanitatis cum substantia, & non datur adiacentia. Respondetur ergo in albedine v.g. distinguere duas formalitates, nā

ipsa quatenus terminus abstractus dicit simplicem modum significandi, idest formam, ut excludentem compositionem; ut sic non determinando, nec exprimendo exclusionem adiacentiam in quo convenit cum termino *humanitas*; at verò ut terminus absolutus dicit formam per se stantem; idest ut excludentem determinatè adiacentiam, in quo convenit cum termino *homo*, qui est terminus absolutus, & non dicit exclusionem compositionis, sed adiacentiam. In albo etiam distinguuntur duæ formalitates, nam quatenus terminus concretus habet compositum modum significandi, idest significat compositionem duorum præcisè, & ut sic, in quo convenit cum termino *homo* non determinando hanc compositionem per adiacentiam; at verò ut terminus connotativus dicit formam determinatè, ut alteri adiacentem, & non præcisè, ut cum altero componentem, in quo distinguitur a termino *homo*.

CONTROVERSIA V.

De termino denominativo, & de nominante Cathegorematico, & Syncaibegorematico.

Denotat

Denomiativus terminus est qui à priori aliquo vocabulo nomine, & significatione deducitur, ut candidus à candore. Adverte terminū à quo deducitur denominativus nō debere esse abstractum, sed posse esse denominativum, ut candidus deducitur à candore, qui denominativus est à candore. Adverte etiam omnem terminum denominativum esse accidentalem; & ita optimè Angelicus Præceptor 3 p. quæst. 16. ar. 3. docuit Christum non dici hominem Dominum, sed Dominum, quia non est accidentaliter Dominus. Infer eundem terminum esse denominativū, & non esse respectu diversorū, nam coloratum respectu corporis est denominativum, quia de eo accidentaliter dicitur, & respectu albi non est tale, quia accidentaliter non dicitur de eo. Idem de rationali respectu animalis, & hominis, & ob hoc humanatus non dicitur de homine, quia homo non est accidentaliter homo; bene autem Verbum divinum humanatum dicitur, quia est accidentaliter homo, non propterea *accidentaliter* excludit substantialiter, sed propterea excludit essentialiter. Terminus denominans est ille à quo

deducitur denominativus voce, & significatione, de his terminis in Logica maior redibit sermo.

Terminus Categorematicus est qui per se potest esse prædicatum, vel subiectum in propositione, ut homo. Adverte quod ut aliquid sit Categorema, sufficit quod ratione sui significati possit esse prædicatum, licet ratione modi significandi nequeat esse subiectum; ut in hac propositione *Petrus est albus*, ubi albus est prædicatum, & nequit esse subiectum si summatur adiectivè, ut dum est prædicatum, & ita substantivè accipitur si ut subiectum ponatur, v.g. in hac propositione: *albus est dulce* loquendo de lacte. Terminus Syncategorematicus est, qui per se nequit esse subiectum, aut prædicatum in propositione, sed solum eam modificat, de quo iam diximus propriè terminum non esse.

Obijcies nomina adiectiva significant formatum cum modo adiacentiæ, & tamen possunt esse prædicatum: ergo ita Syncategorema. Firmatur primò in hac propositione Deus, & creatura sunt omnia Syncategorema *omnia* est prædicatum. Secundò audiens vocem *omnia*

DISPUTATIO I.

format conceptum: ergo significat, & poterit esse prædicatū. Respondetur, nego consequentiam, disparitas est, quod adiectiva primò significant formā, & secundò modum; Syncategoremata verò primò modum prædicati aut subiecti. Ad primam configurationem distingo antecedens: est prædicatum aut dicitur nego, substantivè concedo, & secundò modo hic accipitur efficit enim hunc sensum: Deus & creaturæ sunt omnes res. Ad secundam distingo antecedens, conceptum formalem, seu rei significatæ nego, conceptum materiale, seu vocis concedo.

CONTROVER. VI.

De termino communi singulari collectivo transcendentem non transcendentem, & supertranscendentem.

Supponit terminum communem esse idem, quod univرسالē qualibet universalitātē etiā analogā, qui potest esse communis primo ratione significationis, quia habet plures significationes: v. g. hæc vox *cantis* significat enim cantum celestem, terrestrem & marinum. Secundò dicitur terminus communis ratione unius significationis, secū dū quā potest pluribus cōpetere.

re: ut hæc vox *homo* competit Petro, & Paulo, secundū significationē unā quā habet, hic in secū dō sensu agimus de termino communi nā in primò, nō est propriè communis: delinatur ergo sic.

Terminus communis est ille, qui secundam eam significationem pluribus communicatur divisiim: dixi *divisiim*, ut distinguatur ab hoc termino *Divis*, qui etiā pluribus scilicet tribus personis Divinis communicatur; quia tamen non communiscatur divisiim; idē est singularis. Vnde terminus communis significat plura, sed divisiim, per quod distinguitur à termino colectivo, qui significat plura, sed non divisiim, sed collectivim; ut *populus*, *civitas*, *gens*, &c. significat non tantum quemlibet hominem; sed omnes simul. Quod intellige de termino colectivo, ut collectivus est; nam finaliter consideretur v. g. *populus* in ordine ad hunc, & illum populum terminus communis est: sicut *homo* in ordine ad hunc, & illum hominem.

Terminus singularis est ille, qui tantum accommodatur uni rei singulari, vel qui tantum significat unum, ut *Petrus*, aut plura coniuncta, ut *Granata*, & est quadruplex scilicet determinatus,

minatus, qui vnum determinatè significat, vt Petrus, demon-
strativus qui signo demonst-
rativo officitur; vt hic homo, ex
suppositione, qui suppositione
facti vnum tantum significat;
vt Filius Virginis significat Chri-
stum ex suppositione quod Vir-
go Maria non habuit alium Fi-
lium præter Christum, & va-
guus qui significat vnum, sed
non determinando an sit hoc;
vei illud, vt qui dicitur homo.

Obijcies hoc nomen *Petrus*
convenit multis, vel significat
multa, sunt enim multi Petri:
ergo terminus singularis nõ re-
ctè definitur. Firmatur *Deus* est
terminus singularis, & tamẽ sig-
nificat plura iuxta Psalmistam:
egodixi digestis. Respõdeõ, tale
nomen, & sic de alijs similibus
non esse in usu; nisi pro certò,
& determinato individuo; ita
quod quando auditur hæc vox
Petrus substantia significata per
illã non est cõmunis, sed deter-
minatè, est talis vox pluribus
accommodetur Potest tamen ali-
quãdo iste terminus esse cõnu-
nis, vt sic dicat Pontifex omnis
qui vocatur Petrus ieiunet in
Vigilia divi Petri. Ad confirm-
tionem quod terminus dij ibi
non significat substantiam Dei,
sed significat Iudices quales

erunt Apostoli in die iudicii.

Terminus collectivus est, qui
etiã in numero singulari signifi-
cat plura, & collecta, hoc est, nõ
vniã vniõne aliqua v.g. hoc no-
men *Olea* significat plures do-
mus, & plateas collectas, ac cer-
tã hominũ habitationẽ. Adver-
te ad hũc terminũ requiri duo.
Primũ quod significet plura, &
nulli in particulari accommodetur,
vt nomẽ *Olea* significat plu-
res domus, & nulla in particula-
ri dicitur *Olea*, in quo distingui-
tur à nomine cõmuni Secundũ
quod illa plura nõ sint vniã, &
ita homo licet significet mate-
riã & formã, & nulli earũ accõ-
modetur; materia enim non est
homo, & sic de forma; tamen
quia significat illas vt vniã, &
ideò non est collectivus.

Terminus divisiuus est qui sig-
nificat, vel aliquid singulare, vel
aliquid quod per singulã po-
test dividi. Vnde talis terminus
cõprehendit omnes, & quilibet,
vel significat eã, rem divisam
ab alia, vel divisibilem ab alia. Ter-
minus tractatõis est ille, cu-
ius significatũ includitur forma-
liter in omni cõceptu reali, qui
termini sunt sex ac voce *rebus*
cõtenti, r. significat terminũ *regis*
significat *ens*, v. significat vnũ, b.
significat *bonũ*, a. aliquid; v. *verũ*

quos

DISPUTATIO I.

quos terminos solùm summa-
listæ rudi minerva teneant, *res*
enim significat firmum, & ratū,
ens entitatem seu esse secundū
quod res est capax ad existen-
dum, *unum* significat unitatem,
bonum significat perfectionem
ratione cuius potest res amari,
aliquid significat distinctionem,
verum significat conformitatē
rei cum vera eiusdem intelle-
ctione, qui termini dicuntur
transcendētes, quia omnia trāf-
cendunt. Hic alius est propriē,
& absolutē transcendēs, vt sunt
enumerati, alius in certō gene-
re vt accidens, & communissi-
ma substantia.

Terminus non transcendens
est qui solūm prædicatur de re
bus completis eiusdem prædi-
camenti, vt substantia comple-
ta, quantitas, &c. Terminus su-
per transcendens est qui vaga-
tur per omnes res, siuē veras, &
reales, siuē fictas, & rationis; vt
prædicabile quod dici potest
de ente verō, & ficto, nam ho-
mo est prædicabilis, & etiam
genus.

CONTROVER. VII.

*De termino complexo, & incom-
plexo, univoco, æqui voco,
& analogo.*

Terminus cōplexus est ille,
*cuius partes in quantū par-
tes illius sunt per se significati-
væ*; vt terminus *homo iustus*, qui
terminus dicitur complexus,
quia constat ex duobus termi-
nis incomplexis propriam signi-
ficationem retinētibus. Adver-
te complexiōnem posse fieri,
vel ratione alicuius coniunctio-
nis copulativæ, vt *Pet- us, & Pau-
lus*, vel ratione particulæ, dis-
cunctivæ, vt *Petrus, vel Paulus*,
aut solū in ratione terminorum
congruenter se habentium; vt
homo iustus, vel ratione copulæ
verbalis, vt *homo currit*.

Terminus incomplexus est
vovus terminus, *cuius partes non
sunt per se significativæ in quan-
tum partes illius*, & ita termi-
nus dominus est incomplexus,
quia licet eius partes separatim
significent, tamen in quantum
partes componentes nihil signi-
ficant. Adverte, quod vt termi-
ni incomplexi complexum cō-
stituunt debēt habere aliquem
ordinem inter se, vel effectus
ad causam, vel accidētis ad sub-
iectum, vel congruentiæ secun-
dum regulas Grammaticæ; nā
sine tali ordine plures termini
sunt; si quidem ad unitatem ali-
qua vniū saltim ordinis requi-
ritur, & ideo *homo, leo*, nō faciūt

CONTROVERSA VIII.

terminum complexum. Adverte, etiam quod quando termini incomplexi eandem rem significant non faciunt complexum; ut Marcus Tullius Cicer. Adverte, in super terminum in complexum esse simpliciter terminum, complexum verò secundum quid, cum sit reuera oratio.

Terminus univocus est ille, qui significat plura in aliqua una ratione omnino convenientia; ut homo, & animal. Equivocus est qui significat plura nullo modo convenientia secundum quod per nomen significantur; ut canis respectu latrabilis, marini, & celestis. Analogus est qui significat plura, nec omnino convenientia, nec omnino disconvenientia, sed medio modo, nempe quodadmodum inter se similia, ut sanum respectu animalis urinae, & Medicinae, quia sicut animal dicitur sanum, quia habet in se sanitatem, ita urina quodadmodum dicitur sana, quia indicat sanitatem animalis, & Medicina, etiā quia illā causat.

CONTROVER. VIII.

De termino negativo, contrario, contradictorio pertinenti, & impertinenti.

Terminus negativus est ille qui ex vi primæ impositionis negationē dicit; dixi ex vi primæ impositionis, quia si secundario significat negationē, non est terminus negativus; ut lapis increata, quæ secundario negat creatam. Adverte terminum dupliciter dici negativum. Primo ex parte obiecti, quia significat obiectum negativum, licet terminus non habeat negationem v.g. cecitas, quæ significat negationem potentia visiva; in se autem non est terminus negativus, quia non habet aliquod Syncategoremata negativum, quo afficiatur. Secundo dicitur negativus non solum ex parte obiecti; sed etiam ratione Syncategorematis negativi, sibi adiuncti v.g. non homo, & hic posterior terminus magis propriè dicitur negativus.

Iste terminus communiter appellatur infinitus, qui sic definitur: *est qui afficitur negatione instanti, ut non homo, & dicitur infinitus, quia de infinitis rebus prædicatur, nam lapis est non homo, leo est non homo, & sic de omnibus, quæ non sunt homo.* Adverte negationem aliquando esse infinitatem, ut cum afficit terminum, quem reddit infinitum; ut non homo, aliquando

DISPUTATIO I.

verò esse negantē, ut cum affi-
cit cepulam, ut *lapis nō est ho-*
mo; temperq; fit it propositio-
nem negantem, quia negatio
est malignantis naturæ, quæ
destruit quidquid post se inve-
nit, & eius oppositum reddit.
Terminus finitus, est *qui caret*
negatione, vel qui rem verā &
determinatam significat.

Obijcies ens est terminus
finitus & tamen non significat
rem determinatam ergo termi-
nus finitus malè definitur per
secundam definitionem. Respō
detur nego consequentiā quia
ens non est terminus finitus ut
contra ponitur termino infini-
to, cum iste in quolibet sit scili-
cet in eo quod est, & in eo quod
nō est; ens autem solum de his
quæ sunt dicitur scilicet de in-
tribus. Aduerte terminum fini-
tum fieri infinitum addita ne-
gatione. Nec contra hoc obstat
si dicas quod si enti addatur ne-
gatio nō fit terminus infinitus,
cum de ratione termini infini-
ti sit quod dicatur de omnibus
entibus præter illud cui addi-
tur negatio; præter eas autem
nihil est; ergo. Non obstat quia
tunc ens terminus infinitus fit,
de cuius ratione ut sic & in co-
muni non est quod dicatur
de omnibus, sed solum quod ei

apponatur negatio & ita attul-
limus primam definitionē hoc
explicantem; tamen de ratione
alicuius termini infiniti parti-
cularis est quod dicto modo
prædicetur, ut nō *homo*; primò
ergo modo fit infinitus termi-
nus ens. Hic autē agitur deter-
mino infinito nō quia nobis in-
seruiat se quia ipsum fugiamus

Terminus contrarius vel po-
test esse logicè, vel physicè. pri-
mo modo sunt omnia ista Syn-
categorema, omnis, & nullus in
eadem propositione; ut *omnis*
homo est albus: nullus homo est
albus. Secundò modo sunt illi
qui significant formas contra-
rias, ut album est nigrum in or-
dine ad idem subiectum. Ter-
minus cōtradictorius etiā utro-
q; modo cōtingit in primò sen-
su est qui fundat propositiones
logice contradictorias: ut *om-*
nis homo currit, aliquis homo
non currit, in secundò sunt qui
significant ea quæ sibi contra-
riantur ut cecitas & visus. Sed
hoc magis explicetur explanādi
sunt termini oppositi; sūt enim
qui habēt aliquā oppositionem
& repugnantiam; cumq; oppo-
sicio sit quadruplex, etiam tales
termini erunt in quadruplici
differentia. Alij opponuntur
contrarie, ut calor, & frigus,
alij

alij contradictoriè vt homo, & nō homo, alij priuatiuè vt vitus, & recitas, alij relatiuè, vt pater, & filius.

Termini pertinētes sunt illi, qui ordine ad inferendas consequentias ita se habent, vt ex positione, vel negatione vnius sequatur affirmatio, vel negatio alterius, vt homo, & animal album, & nigrum; valet enim est homo: ergo est animal, est albū, ergo non est nigrū. Hi autē termini alij sunt pertinētes sequela, & alij pertinentes repugnantia, priores sunt illi quorū vnus in bona consequētia infert aliū vt homo, animal, valet enim est homo, ergo est anima. in posteriori sunt illiquando ex affirmatione vnius sequitur negatio alteri, vt homo & leo, valet enim est homo, ergo non est leo. Termini pertinentes sequela alij sunt, qui non se mutuo inferunt; vt superius, & inferius v.g. homo & animal valet enim est homo: ergo animal, sed non è contra: Alij qui se mutuo inferunt; vt homo, & risibilis, qui dicuntur terminicōuertibiles, valet enim est homo: ergo risibilis, & è cōtra. Termini impertinētes sunt illi qui ita se habent; vt nec ab affirmatione, vel negatione vnius valeat consequētia ad aliū, vt album, & dulce non enim va-

let, est albū: ergo est dulce, nec valet nō est albū, ergo est dulce Ratio est quia vñ sine alio potest reperiri, & vtrūq; etiā si nul.

CONTROVER. IX.

De termino primæ, & secundæ intentionis, & primæ, & secundæ impositionis.

Suppone quod intentio est rē scđtia intellectus in obie- & tū cognitum, impositio est qua aliquid instituitur ad significandum aliquid. Collige quod terminus vocalis primæ, & secundæ intentionis est ille cui correspondet prima, & secunda intentio intellectus, & similiter terminus primæ, & secundæ impositionis est ille cui correspondet 1. & 2 institutio, quid autē sint hæc omnia, explicemus.

Prima intentio est cognitio qua cognoscitur aliquid nō nōbens esse ab intellectu, vt cognitio qua cognosco Petrum Secūda intētio est cognitio, qua cognosco aliquid fictum ab intellectu, vt entia rationis. Dicitur autē secundæ intentiones, quia supponunt primas, nam vt intellectus efficiat chimeram constantē capite leonis, colloequino, corpore humano, & pedibus Aquilæ, prius per actū primæ intentionis hæc omnia cognoscit. Prima impositio est illa qua imponitur aliquis

DISPUTATIO I.

terminus ad significandam rem, vel modum eius v. g. impositio qua fuit impositus hic terminus *homo* ad significandam naturam humanam. Secunda impositio est qua imponitur aliquis terminus ad significandum alios terminos primæ impositionis, vel aliquem modum eorum v. g. hic terminus *nomen* significat omnia nomina primæ impositionis, nam *homo* dicitur *nomen* & *equis* similiter, & sic de alijs. Declinatio est secundæ impositionis quia significat modum; scilicet pluralitatem, vel singularitatem. Collige terminum secundæ intentionis posse esse primæ impositionis; vt genus, & species. Collige etiam idem non esse terminum primæ intentionis, & primæ impositionis.

CONTROVER. VLTIM.

De signi definitione, & eius divisione.

PRO complemento eorum, quæ hac tenus diximus proponitur hoc dubium, pro quo suppone: significare nihil aliud esse, quam facere rem cognoscere; id est rem præsentem facere potentiam cognoscitivam, vel per similitudinem, vel per imgi-

nem, & sic omne illud quod representat significat; non tamen est contra, quia multa dantur, quæ significant, & non representant; vt ramus à pæsis ante fores significat vinum vebale, non tamen illud representat. Collige definitionem signi: est igitur; *quod aliquid extra se significat; vel representat potentia cognoscitiva.*

Diuiditur primò signum in naturale, & est quod ex natura sua aliquid significat; vt fumus significat ignem, & in signum ad placitum, & est illud, quod habet aliquid significare ex libera impositione Dei, vel hominis, vt Sacramenta ex beneplacito Dei significant gratiam; similiter voces, & scripturæ ex hominis beneplacito significant. Diuiditur etiam in signum ex consuetudine, quod de iure ex dictis modis significat, sed solùm ex consuetudine aliquid significat; vt aduentus canis significat aduentum hominis, & mappa posita in mensa significat prædium. Ex quo rejicet definitionem signi ad placitum, scilicet quod apud omnes non idem significat, cum iris sit ad placitum & idem significet apud omnes, & consequenter definitionem signi naturalis, scilicet quod apud omnes idem significat, cum hoc

hoc competat signo ad placitū,
vt constat.

Deinde deuiditur signum in
formale & instrumentale. For-
male est species recepta in po-
tentia cognoscitiua per quam
cognoscitur res existens extra
illam v.g. ad cognoscendum Pe-
trum, cum ipse nō ingrediatur
potētiā meam cognoscitiuā,
media quadā similitudine, seu
specie repræsentate Petrum, &
informante cognoscitiuam po-
tētiā percipitur; ob hocque
arbitror signum formale dici,
quia scilicet informat potētiā
in qua est, vel etiā, quia est for-
ma rei cognitæ in esse intelli-
bili instrumentale signum est,
quod præter speciem quam in-
gerit sensibus nostris, facit nos
deuenire in cognitionem alte-
rius; discrimen autem est inter
hæc duo signa, quod quando
cognosco per signum formale
non cognosco prius signum, &
illo cognito rem significatam;
at verò quando cognosco per
signum instrumentale, cognos-
co prius signum, & illo cognito
rem significatam, constat in spe-
cie primum, & in sumo secun-
dum, vt speculanti patebit.

In super diuiditur signum
in doctrinale, illud scilicet, quod
est ponibile in propositione; vt
verbes scripturæ, & conceptus,
& in non doctrinale scilicet,
quod non est ponibile in pro-
positione, vt tabella fumus, &c.
Signum aliud est quod signifi-
cat aliquid; vt illud quod signi-
ficat vnā rem tantum deter-
minatam v.g. terminus *Petrus*;
aliud est, quod significat aliqua,
illud quod plura significat, vt
vox *homo*. Deinde aliud est spe-
culatiuum quod non causat re-
quam significat; vt fumus qui
non causat ignem quem signifi-
cat; aliud est signum practicum;
quod causat rem quam signifi-
cat; vt Sacramenta nouæ legis
causant gratiā, quam significāt.
Signum etiam aliud est manife-
statiuum, & suppositiuū & est,
quod non solū rem manifestat;
sed etiam ponitur loco eius; vt
Prorex nō solū significat per-
sonam Regis, sed etiam ponitur
loco eius; aliud est manifesta-
tiuum tantū, illud scilicet quod
manifestat rem; non verò poni-
tur loco eius; vt cimbālū quod
manifestat sacrum; non verò po-
nitur loco eius.

DISPV TATIO II.

DISPV TATIO SECV NDA,

De aliquibus terminorum proprietatibus.

TErminos hæcenus ex planatos sequunturque dam proprietates; alię pro ut ipsi terminantur intra, & extra propositionem, & alię ut sunt extra ipsam tantum. Exemplum primi est significare, quę proprietates sequitur terminum intra, & extra propositionem, in quo sensu egimus iam. Exemplum secundi est supponi amplius, appellare, & alia similia in quo sensu est hic agendum. Istę verò proprietates sunt in duplici differentia, alię sequuntur ipsam propositionem immediate secundum suam formalem rationem & alię sequuntur terminos quibus propositio constat, scilicet subiectum, & prædicatum, de prioribus agemus post explicationem naturę propositionis; nunc verò de posterioribus est sermocinandum.

CONTR O VER. I.

Quid & quomplex sit suppositio.

Suppositio est posito seu versus termini loco alicuius, vel est acceptio termini pro se, vel pro

suo significato. Aduerte, ex duplici capite oriri necessitatem, ob quam voces supponuntur pro a io. Primò, quia non possumus res de quibus disputamus intrinsece in intellectu auditorum, ad quod venimus vocibus. Secundò, quia cum conceptus nostros non possumus manifestare in hac statu nisi medijs signis externis; idè indigemus vocibus tanquam signis manifestantibus conceptus, quibus non indigent Angeli, cum pro sua voluntate possint manifestare adinuicem suos conceptus.

Ob. contra primam necessitatem, quod possumus adferre equum & tamen adhuc egemus vocibus; ut de illo disputemus ergo voces non supponunt ex indigentia rerum. Respon. nos non loqui de quouis modo adducendi rem, sed de modo adducendi in intellectum, vel sensum; ut cognoscatur; quia ergo hoc modo non poterant res adduci, ut intelligatur, utimur vocibus. Contra secundam etiam, quando dico Pet. ambulat, & reuera non ambulat, quod ego cognosco, istę voces dicuntur

contra-

cōtrariū ei, quod est in meo intellectu: ergo nō supponit pro cōceptibus. Resp. nos loqui de vocibus veris; nō verò de falsis, quoniam cōformantur cōceptibus, vel dicuntur supponi tunc apparēter.

Primò suppositio alia est formalis, quæ est acceptio termini pro re quā significat, & dicitur formalis, quia voces tunc ūantur formaliter; vt signa, & alia est materialis, quæ est acceptio termini pro se ipso, quadruplex est, alia intrinseca, quando terminus supponit pro eo quod habet ex natura sua, vt cū dico *homo est vox*; alia verò est extrinseca, quando terminus supponit pro eo quod habet ex impositione hominū; vt cū dico: *homo est nomen* lego est verbum, & dicitur materialis, quia voces materialiter se habent, cū non summantur formaliter, scilicet, vt signa, nā significatio formalitas est in ipso termino, & terminus ipse est materiale recipiens illā.

Formalis alia est propria, quæ est acceptio termini pro re illa quam significat proprie; vt vox *leo* quando supponit pro leone; alia verò est impropria, quæ est acceptio termini pro re quam improprie significat; vt in hac propositione: *visit leo de Tribu Iuda*, vbi Christus dicitur

leo. Propria alia est simplex, quæ est acceptio termini pro suo immediato & primario significato, vt subest secundæ intentioni: v.g. quando dico *homo est species* ly *homo* supponit pro natura humana in communi, quæ est immediatum, & primum significatum: non verò pro Petro, qui est mediatum significatum, alias propositio falsa esset. Idem contingit cū dico: *Petrus est individuum*, vbi supponitur pro immediato significato, scilicet hoc individuum, & non pro mediato scilicet humanitate in communi. Collige quod sicut ob hanc suppositionem non bene infertur, homo est species: ergo Petrus est species, sic propter eandem non valet: Petrus est individuum: ergo homo est individuum. Collige etiam suppositionem constantem subiecto supponente simpliciter non esse vniuersalē, sed reduci ad singularem ex eo quod cōstat subiecto singulari, i.ō in genere rei, sed in genere rationis, nā homo in cōmuni est quasi quoddā subiectū singulare v.g. accidentis specieitatis.

Alia est personalis, seu realis, quæ est acceptio termini pro significato immediato v.g. cū dico *homo est animal*, ly *homo* nō tantū
suppo;

DISPUTATIO II.

supponit pro natura humana, sed etiam pro in diuisis, dicitur personalis, non quia solum datur in terminis significatib⁹ personam; sed quia sicut personalitas conuenit rei secundum se considerata, ita in hac suppositione summitur res secundum se, seu primò intentionaliter, & ob hoc etiam dicitur realis.

Suppositio rationalis alia est accidentalis, quæ est acceptio termini pro re extente secundum tempus importatum per copulam, vel secundum existentiam prædicati, ut cū dico homo est disputans, ly *homo* ratione copulæ supponit pro hominibus presentibus, & ratione prædicati supponit pro viris nā disputare non conuenit feminis, quæ suppositio reperitur in materia contingēti. Alia est suppositio naturalis, quæ est acceptio termini pro omnibus suis significatis tam existentibus quàm possibilibus, quæ suppositio inuenitur in propositionibus necessarijs quæ absoluuntur à tempore; ut in hac propositione homo est animal, ly *homo* supponit pro omnibus hominibus, etiam possibilibus. Colligē subiectum in materia repugnāti supponere naturaliter,

ut cum dico homo est leo, ly *homo* accipitur pro omnibus hominibus etiam possibilibus, & licet suppositio non sit in materia naturali, non ob hoc desinit esse naturalis, nā ad hoc sufficit quod terminus accipiat pro omnibus suis significatis, siue prædicatum repugnet, siue necessariò competat; at verò suppositio sit in materia naturali præter illud requiritur, quod prædicatum necessario conueniat subiecto.

Suppositio personalis, alia est communis quæ est acceptio termini communis pro sui significatis; ut homo, & alia est singularis, quæ est acceptio termini singularis pro re quam significat; ut Petrus, quam aliqui vocant discretam, quia in vna res singularis discernitur ab alia.

Communis alia est distributiva, quæ est acceptio termini pro omnibus suis significatis, *seorsim sumptis*; ut cum dico omnis homo est animal, ly *homo* supponit distributiuè, quia supponit pro hoc, & illo homine, cum animal de quolibet homine verificetur. Complutenses addunt in definitione copulatiuè, quod primò intellige ita, scilicet cum dico homo est animal, animal verificatur *seorsim*, id est

idest de quolibet seperato ab alio nempè Petrus est animal, Franciscus est animal, &c. *copulatiuè*, idest cum hac dictione copulativa, &, & non cum disiunctiva *vel*; verùm enim est dicere Petrus est animal, & Ioānes est animal, & sic de alijs: intelligo etiā secundò ita scilicet quod est verum dicere Petrum, Paulum, Franciscum, & sic de alijs esse animal.

Obijcies suppositio distributiva erit collectiua, seu copulatiua, nam in hac de omnibus significatis simul sumptis dicitur. Responderetur, non sequi, quia in collectiua solum de suis significatis simul sumptis dicitur, & non seorsim, in distributiva verò verumq; datur.

Alia est copulatiua, seu collectiua, quæ est acceptio termini pro omnibus suis significatis, nō seorsim, sed simul, & collectiue sumptis v. g. subiectam huius propositionis omnes Apostoli Dei sunt duodecim, supponit copulatiua, quia prædicatam non verificatur de quolibet singulari contento sub subiecto, sed de omnibus simul, nō enim valet Petrus est duodecim, bene tamen isti simul sumpti sunt duodecim.

Altera est determinata, quæ

est acceptio termini pro suo significato determinatè sumpto; ut Petrus pro hoc tantum homine, vel ut docent complures; est acceptio termini pro omnibus suis significatis sumptis seorsim, & disiunctiue; ut aliquis homo est albus, non licet in ferrè in propositione copulatiua: ergo hic homo est albus; & hic homo est albus; sed solum in propositione disiunctiua: ergo hic homo, vel hic homo est albus, & ob hoc dicitur seorsim, idest de quolibet seperato ab alio, disiunctiue, idest cum hac disiunctione *vel*. Alia est in determinata, seu cōfusa, quæ est acceptio termini pro suo significato in determinatè sumpto, ut cum dico: homo currit, ly *homo*, nihil determinatè significat, sed hunc, vel illum hominem.

Denique altera est completa, quæ est pro singulis generib; & est acceptio termini nō solum pro omnibus speciebus, sed etiam pro omnibus individuis earum; ut cum dico omne animal est viuens, quæ hūc efficit sententia: hoc animal, & hoc animal, & sic de alijs est viuens: hic homo, & hic homo, & sic de alijs est viuens. Alia in completa, quæ est pro generibus singulorum, & est acceptio termini pro omni-

DISPVATIO II.

bus speciebus nō verò pro omnibus indiuiduis earum; vt in hac propositione: omne animal fuit in arca Noe: efficitur hunc sensum: ex omnibus speciebus animalis, aliquod animal fuit in arca Noe, & ita non valet: omne animal fuit in arca Noe: ergo hoc animal, & illud, & sic de alijs fuit in arca Noe, quia variatur suppositio, nempe ab incompleta ad completam.

CONTROVER. II.

De signis distribuentibus, determinantibus & confudentibus.

OMnia signa diuiduntur in nomina, aduerbia, & in alias particulas, quæ ad aduerbia reducuntur. Nomina sunt omnis nullus, &c. Aduerbia sunt semper, aliquando, &c. deinde hæc signa ad quatuor reducuntur genera. In primò sunt signa vniuersalia, siue nomina, siue aduerbia. In secundo signa particularia. In tertio signa mixta. In quarto, quædam alia, quæ maximè ad suppositionem pertinent. In his alia sunt affirma-

tua, & alia negatiua. Signa vniuersalia affirmatiua sunt omnis quilibet & alia similia. Vniuersalia negatiua sūt nullus, nemò, nunquam, & alia similia. Signa particularia; vt aliquis, aliquando, alicubi. Mixta quæ componuntur ex vniuersalitate, & particularitate sūt, vt neuter, vterque, bis, ter, & omnia aduerbia numeralia.

Suppone tamen, quod quando terminus nullo afficitur signo, & propositio est in materia contingenti supponit determinatè: in materia autem naturali, & remota, seu repugnante, supponit distributivè.

Sit iam prima regula: nomina vniuersalia affirmatiua terminos sibi proximos distribuunt, terminos verò confundunt; vt in hac propositione omnis homo est animal, signum *omnis* facit vt homo cum quo proximè adiungitur distributio supponat; animal verò facit vt confusè supponat, sicque dicta propositio resolueda est; per quod declaratur regula: omnis homo est animal: ergo hic homo est hoc vel illud animal, & ille homo est hoc vel illud animal, itaque confusio animalis stat in hoc, quod dica-

tur hoc vel illud animal, & distributio hominis in hoc quod dicatur hic homo, & ille homo & sic de alijs eū distributione copulativa.

Aduerte, tamen quod hæc signa aliquando complete distributū & tunc supponunt pro singulis generum, aliquando verò incomplete, & tunc supponūt pro generibus singulorum. Exemplum primi: omnis homo est animal, tunc complete homo distribuitur ratione signi, estque sensus: quod omne indiuiduum naturæ humanæ est animal. Exemplum secundi omne animal fuit in arca Noe, cuius sensus est: non quod omnia indiuidua specierū animalis fuerint in arca Noe, sed quod ex qualibet specie fuerit aliquod indiuiduum; dicitur q; hæc incōpleta distributio, quia nō in omnia distribuitur: sicut prima dicitur completa, quia distribuitur in omnia. Per quod perspicua remanet diuisio suppositionis vltima in calce præcedentis controuersie allatæ. Aduerte, etiam quod quando prædicatum est collectivum, hæc signa non distribuunt etiā proximos terminos, sed cōfundunt; vt in hac propositione: omnes Apostoli Dei sunt duo-

decim, & ita non dicimus Petrus est duo decim, & Paulus est duo decim. Sed de tota collectione verificatur.

Secunda regula: aduerbia vniuersalia affirmatiua, vt semper, vbique, &c. distribuunt Categoriema inclusum, terminos autem sibi proximos confundunt: v. g. semper homo est animal, illud aduerbium *semper* suum significatum scilicet hoc tempore, & illo tempore distribuit; homo verò, & animal ex vi illius cōfusa manent, licet ex se cum sua suppositione absoluta maneant.

Tertia regula: signa vniuersalia negatiua, si sunt nomina; vt nemo, & nullus, omnes terminos tam proximos, quàm remotos distribuunt vt in hac propositione nullus homo est Angelus, quæ ita est resoluenda: nec Petrus nec Paulus est hic nec ille Angelus. Si verò sint aduerbia negatiua, hæc signa vniuersalia vt nunquam, & nuliubi, distribuunt suū significatum etiamque suos terminos, siue remotos v. g. nunquam homo est lapis, id est nec hoc tempore, nec illi, & nec hic homo, nec ille homo est hic lapis nec ille lapis.

DISPUTATIO II.

Quarta regula pro signis particularibus. Signa particularia quæ sunt nomina affirmatiua, vt *aliquis*, *quidam* faciunt terminos determinatè supponere; vt aliquis homo currit: vel hic vel ille homo currit. Si verò sint aduerbia particularia suū Syncategoremæ determinatè resoluit; terminos verò relinquunt confusos v. g. quando homo currit; idest hoc vel illo tempore si verò signum fuerit negatiuum, terminum proprium determinat; & remotum distribuit; v. g. aliquis homo non est albus, idest hic, vel ille homo non est ille albus & ille &c.

Quinta regula: nomina numeralia; vt quatuor aliquando supponunt diuisiuè, quādo scilicet distribuunt terminos quibus coniunguntur, v. g. quatuor homines currunt; resoluitur enim, iste homo currit, & iste currit &c. Aliquando verò supponunt collectiue, quādo faciunt terminos quibus coniunguntur supponere copulatiuè, v. g. quatuor homines portant lapidem, idest isti quatuor simul portant lapidem.

Sexta regula pro signis mixtis quæ quidem supponunt distributiue, & resolbuntur per particulā hæc, & nec, v. g. vter

que homo disputat, idest horū duorum, iste, & iste disputat. Insuper neuter homo disputat, idest horum duorum iste nec iste disputat.

Septima regula: particula, & aliquando distribuit terminos, scilicet quando singulis subiectis conuenit, v. g. Petrus, & Paulus, currunt, quæ ita resoluitur, Petrus currit, & Paulus currit. Quando verò particula & facit suppositionem copulatiuam, v. g. Asia, Africa, & Europa, sunt tres partes mundi, tunc non valet, quod Africa est tres partes orbis, quia illud subiectum copulatiue supponit, ratione prædicati collectiui.

Vltima regula *bis ter*, & similia alia aduerbia numeralia suum significatum distribuunt; terminos verò quibus coniunguntur confundunt. v. g. bis cecini sacrum, idest hac vel illa vice cecini hoc vel illud sacrum.

CONTROVER. III.

De ascensu & descensu.

Ad intelligendā veritatē, ac falsitatē propositionū vtitur dialectici duobus arguēdumodis ascēsu scilicet, & descēsu, ac cōsu
vtic

utimur ad prouandam veritatem propositionis vniuersalis; descensu verò ad probandam illius falsitatem. Ascensus ergo est *progressio ab inferioribus suscitenter enumeratis ad vniuersale*. v.g. hic ignis calefacit, & hic ignis calefacit, & sic de alijs ergo omnis ignis calefacit. Descensus est *progressio ab vniuersali ad inferiora*.

Quadrupliciter contingit tã ascensus, quàm descensus; est enim copulativus, copulatus, disiunctivus, & disiunctus. Copulativus ascensus est progressio ab inferioribus teorim sumptis, & copulativè enumeratis ad terminum communem v.g. hic lapis est corpus, & hic lapis est corpus, & sic de alijs: ergo omnis lapis est corpus. Descensus copulativus est progressio à termino communi distributivè supponente ad inferiora enumerata copulativè per particulam, & v.g. omnis homo currit: ergo hic homo currit, & ille homo currit, &c. Ascensus copulatus est progressio ab inferioribus copulativè, ad terminum communem collectivum v.g. Petrus, Andreas, Iacobus, & reliqui Apostoli Dei sunt duodecim: ergo omnes Apostoli Dei sunt duodecim. Descensus co-

pulatus est progressio à termino communi collectivè ad inferiora coniunctim enumerata v.g. elementa sunt quatuor: ergo terra, aqua, aer, & ignis sunt quatuor. Unde copulativè, & copulativè distinguuntur; quod hoc dicit multa enumerata cum copula, & illud verò multa enumerata simul sine illa.

Ascensus disiunctivus est progressio ab aliquibus inferioribus disiunctivè enumeratis ad terminum communem in determinatum, vel vagum. v.g. hic homo est albus, vel hic homo est albus: ergo homo est albus: ergo aliquis homo est albus. Descensus disiunctivus est progressio à termino communi in determinato, vel vago ad aliqua inferiora sub disiunctione v.g. Equus currit, vel aliquis equus currit: ergo vel iste equus currit, vel iste equus currit.

Ascensus disiunctus est progressio ab inferioribus enumeratis disiunctim, & determinatè ad terminum communem. v.g. vel iste, vel ille equus requiritur ad equitandum: ergo equus requiritur ad equitandum. Descensus disiunctus est progressio à termino confusè supponente ad inferiora disiunctim enumerata: v.g. equus requiritur ad

DISPUTATIO II.

equitandum: ergo vel inè, vel ille equus requiritur ad equitandum. Nota discrimen inter terminum supponenrem determinatè, & supponentem confusè; quòd in primò prædicatum còvenit determinatè alicui inferiori, v. g. aliquis homo est albus, habere albedinem convenit determinatè alicui inferiori hominum, licet inferiora sub distinctione enumerentur; in secundò verò, prædicatum nulli inferiori determinatè convenit, v. g. equus requiritur ad equitandum nulli equo inferiori determinatè convenit.

Collige terminos supponentes materialiter, vel simpliciter vel singulariter non esse resolvendos; nec in illis posse fieri ascensum & descensum. Ratio est, nam isti versantur circa suppositionem communem, cum illa sola habeat inferiora in quibus possit resolui: unde est verus ille.

Simpliciter pro vno, pro se vox sumpta quiescat.

CONTROVER. III.

De statu, ampliatione, & restrictione.

Suppone omnes proprietates

in titulo relatas reperiri in terminis ratione copulæ cum qua componunt propositiones; ista verò copula, vel est de præsentis, vel de præterito, vel de futuro. Hoc prædicto sic definitur status.

Status est accipio terminum pro re secundum illam temporis differentiam, secundum quam significatur per copulam. v. g. in hac propositione Petrus est albus, Petrus & albus habent statum, & dicuntur stare de præsentis. Idem de potentia, & futuro. Dicuntur autem hi termini habere statum, quia pro talis temporis differentia optimè unus cum altero stat.

Ampliatio est extensio termini a minori ad maiorem suppositionem. Nota, quod suppositio extenditur à tempore importato per copulam ad aliud tempus, & tunc terminus dicitur ampliari. Exemplum: homo est animal, ly homo ampliatur à tempore præsentis importato per copulam ad præteritum, futurum, & possibile; etsi contrarium contingit, dicitur terminus habere statum; ut constat ex dictis.

Ampliatio triplex est, alia temporis tantum, quæ est extensio à maiori suppositione importata

tata per copulam ad maiorem temporis suppositionem. v. g. Petrus studebit, tunc *Petrus* nō solū supponit pro Petro existente tempore futuro importato per copulam, sed ampliatur etiam ad præsens, & sic dicimus: Petrus qui est vel erit studebit, quæ ampliatio conuenit termino singulari. Alia est temporis, & suppositorum, quæ est extensio termini ad plura inferiora in alijs differentijs temporis existentia, quæ non importantur per copulam v. g. homines videbunt Deum: ly homines supponunt tam pro præteritis, quàm pro præsentibus, & futuris. Altera est temporis, & formarum, quæ est extensio à maiori illorum suppositione iuxta exigentiam copulæ ad maiorem eorundem suppositionem, v. g. album fuit nigrum. vbi *album* non solū supponit pro albo quod fuit, sed etiam extenditur ad album quod modo est, siuè per eadem, siuè per diversam albedinem.

Aduertè, quod licet Physici constituent tantū tres temporis differentias, scilicet præsens, præteritum, & futurum; dialectici tamen quinque constituent per quas possint termini ampliari, nempe *est, fuit, erit*

potest, & imaginatio, idest præsens, præteritum, futurum, possibile, & imaginarium, quibus positus, est.

Prima regula, verba temporis præsens ampliant subiectū ad præteritum, & præsens; prædicatum verò relinquunt restrictum v. g. Petrus audit lectiōem, ly, Petrus ampliatur, qui est vel fuit; lectiō verò restricta manet, idest quæ fuit, & nō quæ est. Secunda, verbum temporis futuri ampliat subiectum ad futurum & præsens; prædicatum verò restrictum relinquit, v. g. Petrus audiet lectiōem, *Petrus* ampliatur qui est vel erit; lectiō verò manet restricta ad lectiōem futuram. Tertia, verba significantia inceptionē, prioritatem, vel actionem ampliant terminos, quibus applicant sua significata, ad præsens, vel futurum: v. g. ædifico domum, incipio lectiōē scilicet, quæ est vel erit. At verò quādo verba significant diuisionē, vel destructionem ampliant terminos quibus applicant sua significata, ad præsens, & præteritum, v. g. Petrus destruit domum, ly *domum*, quæ est, vel fuit. Quarta, verba, & aduerbia significantia possibilitatem existendi ampliant suos terminos ad

DISPUTATIO II.

ad præsens, præteritum, futurum, & possibile, v.g. homo possibiliter est albus, homo ampliatu-
 tur ad hominē qui est, vel fuit vel erit, vel possibilis est. Quinta, verba significativa animi actionem interdum ampliant sui terminos ad quinque temporis differentias, v.g. considero ædificium, scilicet quod est vel fuit, vel erit, vel possibile est, aut imaginabile.

Restrictio est *coarctatio termini a maiori, ad minorem suppositionem*, quæ quadrupliciter evenit. Primò, per copulam implicationis v. g. homo qui est iustus diligit Deum, ubi *homo*, qui ex se potest extendi ad iustos, & iniustos, restringitur ad solos iustos, per particulam *iustus*, & dicitur copula implicationis, quia se tenet ex parte subiecti, quæ infra magis explicabitur. Secundò fit per additionē alicuius adiectivi in eodem extremo, v.g. homo iustus placet Deo, tunc ly *iustus* restringit terminum *homo* ad solos homines iustos. Tertiò, per additionem substantivi, v. g. animal homo disputat, ubi subiectum *homo* restringit terminū animal. Quarto, per additionem casus obliqui in eodem extremo v.g. equus Petri currit, ubi *Petri* re-

stringit terminum *equus*. Quintò, per additionem alicuius adverbij modificantis extremum v.g. homo doctè disputat, ubi adverbium *doctè* restringit terminum homo ad hominem doctum. Auertè, quod ab amplo ad non amplum affirmatiuè non valet consequentia v.g. non valet: potest currere ergo currit, negatiuè tamen valet non potest currere: ergo non currit. A nō amplo ad amplum affirmatiuè ut valet v.g. currit ergo potest currere, nō tamen valet negatiuè, non currit: ergo non potest currere.

CONTROVER. VLT.

*De alienatione, diminutione,
 de tractione, & appellatione.*

Alienatio est *translatio termini à propria ad impro-
 priam significationem*. v. g. vicit leo de tribu Iuda, ubi *leo* transfertur à propria significatione, ad impropiam scilicet significandam Christum Dominum ob fortitudinis similitudinem.

Diminutio est *detractio partis suppositionis*. v. g. Atyops est albus secundū dētes, tunc albus non supponit pro toto homine

homine, sed pro quadam eius parte scilicet dentibus. Detra-
ctio est ablatio termini a tota sig-
nificatione, v.g. homo irrationalis
est brutum, vbi *homo* a tota
sua significatione detrahatur
per terminum *irrationalis*. Ad-
uerté, quod terminus alienato,
vel diminuto non valet conse-
quentia ad terminum absoluté
sumptū, & ita nō valet Aetrops
est albus secundum dentes: er-
go est albus, nam arguimus ad-
dicto secundum quid ad dicto sim-
pliciter, qui arguendi modus vi-
tiosus est.

Appellatio est applicatio sig-
nificati formalis vnius termini
ad significatum alterius, v.g. ho-
mo est albus, ly *albus*, qui est ter-
minus appellans applicat suum
significatum formale scilicet at-
tributum homini, qui est ter-
minus appellatus; illa ergo com-
municatio, seu applicatio dici-
tur appellatio. Aduerté, in ter-
mino concreto duplex reperi-
ri significatum formale scilicet
& materiale, formale est ipsa
forma, quam significat concre-
tum; vt albedo est significatum
formale albi, quia est forma
illius; materiale verò est subie-
ctum quod concernit concre-
tum, scilicet corpus. Appellare
igitur erit applicare significa-

tum formale vnius termini ad
significatum, siue formale, siue
materiale alterius.

Collige quod omnis termi-
nus appellans debet esse conno-
tativus, vel gerens vicem con-
tatiui, vt aduerbia v.g. *doctè sa-
pienter*, vel saltem terminus ap-
pellans debet esse nomen ha-
bens aliquod significatum for-
male quod comunicari possit.
Collige etiam cum compluten-
sibus appellationem esse dupli-
cem aliam materialem, quæ est
applicatio significati formalis
vnius terminis supra signifi-
catum materiale a terius v.g. Pe-
trus logicus est magnus, vbi
magnitudo applicatur Petro, ra-
tione corporis quod est in illo
significatum materiale, non ve-
rò ratione Logicæ quæ est sig-
nificatum formale. Aliam etiā
esse formalem, quæ est applica-
tio significati formalis vnius, su-
pra significatum formale alte-
rius v.g. Petrus est Logicus mag-
nus, vbi *magnitudo* non appel-
lat supra Petrum ratione corpo-
ris, sed ratione Logicæ.

Pro appellatione autem con-
stituendæ sunt quædam regu-
læ. Verum quia potest fieri in
entibus rationis, & realib⁹, idē
pro entibus primi generis pri-
mò sunt duæ regulæ obseruandæ

DISPUTATIO II.

Prima est prædicatio rationis applicat suū significatū subiecto supra immediatū significatū illius, & non supra mediatum, v.g. homo est species, prædicatum/species applicat significatū supra naturam humanam in cōmuni quæ est immediatū significatum hominis, & nō supra Petrum & Paulum, quæ sunt mediata significata, & ita de homine in communi verificatur quod sit species; non verò de Petro & Paulo.

Secunda regula verba quæ significant actum animæ applicant suum significatum, vel super obiecta formaliter sumpta, vel super immediatū significatum illorum exemplū secundi: *intelligo hominem* significatio verbi intelligo applicatur naturæ humanæ in communi, non verò Petro aut Paulo, exēp̃ n̄ primi *video venientem* verbum *video* applicat suum significatum obiecto secundū rationē formale, idest *video venientem*, in quantum veniens est, non verò in quantum Petrus aut Paulus, quod intellige de eo quod continetur intra spheram potentiæ; nam si quis dicat audio Patrem, verbum audio non applicat suum significatum super paternitatē, quæ

est significatum formale patris quia paternitas non est intra spherā auditus cum non sit audibilis sed applicat illud supra loquelam quæ est audibilis.

Pro appellatione termini realis est prima regula: verba significantia actiones rerum artificialium applicant suum significatum supra significatum formale rerum, nō verò supra materiale, v.g. *construo domum*, idest *construo domum* quantū ad formam, nam lapides, & ligna quæ sunt materia domus nō *construo*. Secunda, quando subiectum est terminus concretus, prædicatum verò connotativus, applicat connotationis suum formale significatum supra materiale absoluti, & ob hoc ista propositio est falsa *Christus est factus*, quia illud participū appellat supra Christi Domini suppositum, quod est Verbum Divinum, cui repugnat fieri, & ob idē hæc alia est vera *Christus est æternus*, quia Verbum Divinum æternum est, eundē sensum efficit hæc: *album est disgregativum visus*, idest habens albedinem est disgregativum visus, nam tunc album quasi absolute summitur.

Ter.

Tertia: quando ex parte subiecti sunt nomē absolutum & connotatiuum, & ex parte prædicati est aliud connotatiuum; istud appellat super absolutum seu substantiuū, v.g. Petrus logicus est magnus; vbi magnitudo tantū appellat supra Petrū, & non supra logicam, si verò à parte subiecti sit tantū substantiuum, & à parte prædicati duo adiectiua, seu connotatiua, tunc vnum adiectiuum appellat supra aliud v.g. Petrus est logicus magnus. Quarta, nomina numeralia vel nomina significantia multitudinem; vt multi, plures, iuncta nominibus substantiuis appellant suum significatū significato formali, & materiali nominis substantiui, v.g. quatuor homines currūt, id est quatuor supposita humana habētia quatuor humanitates, vbi nomen *quatuor*, iunctum substantiuo *homo*, multiplicat supposita quæ sunt materialia, & humanitates quæ sunt formale.

Quando verò nomina adiunguntur terminis adiecti vis solum multiplicat significatum materiale, v. g. in diuinis sunt tres sapientes, quia terminus numeralis tres non multiplicat sapientiā, quæ est significatum

formale, seu multiplicat supposita, quæ sunt significata materialia. Propter hanc regulam, hæc propositio est hæretica: la diuinis sunt tres dii, quia reddit hunc sensum, sunt tria supposita habentia tres deitates; istæ verò sunt Catholicæ. in Diuinis sūt tres Diuini, sunt tres Omnipotentes, tres Sapientes, tres Eterni, si summantur adiectiuè, quia sensus est, sunt tria supposita habentia deitatem omnipotentiam, &c. Non verò si summantur substantiuè in quo sensu loquitur Sanctus Achanasius in suo Symbolo. Propter eandem regulam si vna Persona Diuina assumberet plures humanitates non diceretur plures homines, sicut si plures personæ assumerent vnā humanitatem; si autem plures personæ, plures naturas assumerent; id sanè verificatur, quia fieret multiplicatio significati formalis, & materialis, quod ad substantiui multiplicationem planè efflagitatur.

Obserua quod in argumentatione eadē debet seruari appellatio, nam si varietur nulla erit consequentia, v.g. Petrus efficit vas, & vas est argentū:

Manuscript notes:
Manuscript
2. 1. 1.
196

DISPUTATIO III.

ergo efficit argentum, hæc argumentatio vitiosa est, quia *facio* applicat suum significatū supra significatum formale vasis, scilicet figuram, in antecedenti, & in consequentia applicat supramateriale vasis, scilicet argentum.

DISPUTATIO TERTIA.

De oratione, & eius summulisticis partibus.

CONTROVER. I. De nomine.

Quia nomen diffinitur per vocē prius quod sit vox inquirendum est. Vox est *sonus ab ore animalis prolatus quibusdam instrumentis à natura datis, cum connatu aliquid significandi*. Soni autem alij vt tonitrua, & tubæ clangor voces non sunt. Instrumenta sunt lingua, palatum, dentes, & alia. Dicitur cum *connatu*, &c. vt excludatur ruffis. Nomen est *vox ad placitum significans sine tempore cuius nulla pars separata quāpiam significat finita*, &c. *recta*. Est communis contra Hurtado, sic nomen definientem: est *vox declinata per casus*, quā nos refellimus, quia ipse admittit casus obliquos esse vera nomina, sed isti non declinantur per casus: ergo. Deinde, quia non conuenit termino mentali.

Obijcies, ergo nostra defini-

tio insufficiens est, quia definitur per particulam *vox*, quæ nō est in nomine mentali. Respondetur, solum hic definiri nomē vocale, etsi definiatur prout cōprehendit mentale loco *vocis* ponatur, *dictio*. Explicatur definitio, dicitur *significans*; vt excludantur voces non significantes. Dicitur *ad placitum*, vt excludantur voces naturaliter significantes, v. g. gemitus. Dicitur *sine tempore*, hoc est nomen nō significat suum significatum, vt exercitum in aliqua temporis differentia, per quod excluduntur verba, & participia. Dicitur *cuius nulla pars separata quāpiam significat*; vt excludantur termini complexi, cuius partes separare significant. Additur *finita*; vt excludantur infinita; vt *non homo*, quæ cū incertam habeant significationem nominis non merentur rationem. Tandem *recta*;

recta, ut excludantur casus obliqui, qui non nomina, sed casus nominis sunt; præsertim cum nulla enuntiatio possit effici ex casu obliquo, & verbum sum, es, fui, cuius est præcipue usus apud dialecticos, quamquam possit ex ipsis, & verbo in personali, ut pœnitet me. Aduerte, hic nõ agi de pronomine, & adverbio, quia hæc apud dialecticos sub nomine comprehenduntur; ut cum dicitur hic est & amans est, ubi prænomen, & participium locum nominis supplet.

Sed oppones: sequi solum de verbo esse agendum, nam potest dari enuntiatio constans solum verbis, ut cum dicimus *currere est moueri*, & etiam *non homo est*, nam *non homo* non est nomen. Respondeo ad priorẽ propositionem illa duo infinitiua esse nomina. Instas, significant cum tempore: ergo non sunt nomina. Dico non significare cum tempore; sicut verba. Verbum enim apud dialecticos ita significat cum tempore; ut possit enunciationem sui temporis constituere, v.g. quia hoc verbum *fuit* est temporis præteriti, ideo hæc enuntiatio *curre-re fuit bonum*, est temporis præteriti.

Ad posteriorem dico quod

nomen infinitum, licet proprie non sit nomen; refertur tamen ad nomen, eiusque locum supplet.

Obijcies primo contra particulam *finita*, est superflua: ergo non ponenda. Probatur antecedens, terminus infinitus est complexus: ergo rejicitur per particulam cuius *nulla pars separata quidpiã significat*. Antecedens probatur, quia tali termino correspondent duo conceptus, negationis scilicet & naturæ humanæ; hoc autem conuenit termino complexo & ita infinitum deseruit ad efficiendam veram orationem, ut cum dicimus homo non est lapis, ergo non me infinitum non debet rejici à nominis definitione.

Respondetur, nego antecedens. Ad primam probationem antecedens nego, rã huic termino *non homo* solum respondet conceptus negationis homo in concreto, qui vnicus est. Ad secundam probationem dico non quemlibet terminum deseruientem ad propositionem esse verè nomen, sed illum, qui habet certum, & determinatũ significatum, ratione cuius possit esse subiectum in oratione, quod nõ habet nomẽ infinitũ.

Obijcies secundò, contra particulam *recta*: casus obliquus est
E 3
idem

DISPUTATIO III.

CONTROVER. II.

De verbo.

idemquod rectus: ergo obliquus erit nomen. Probatur antecedens, efficit multoties eundem sensum: ergo. Probatur añs: hæ propositiones habent eundem sensum: *Petrus pœnitet peccati, & Petrus agit pœnitentiam peccati.* Firmatur lingua Hæbreæ non habet tot casus quot Latina, & tamen in illis fit idem conceptus: ergo casus obliqui; licet multiplicentur non variât conceptus correspondentes casibus rectis. Respondetur, nego antecedēs. Ad probationē dico quod illę orationes, licet æquivalenter sint idem; non tamen formaliter, quia in prima sumitur Petrus quodadmodo ut patiens, quasi ipsa pœnitentia agat in ipsum Petrum; in secunda autem, ut agens pœnitentiā, & ita diuersi conceptus illi respondent. Ad confirmationem dico, quod licet lingua Hæbreæ non habet tot casus quot Latina; habet tamē certos articulos eiusdem casus, qui prout eidē casui adduntur variant cōceptus, ac si essēt casus obliqui. Nota casus obliquos, tunc differre specie quādo sensum diuersum efficiunt; & ita quādo dico *vel cor carnibus, vel carnes*, tales casus non differunt specie, quia eundem sensum causant.

Verbum est *vox significans ad placitum cum tempore cuius nulla pars separata quidpiam significat finita, & recta, ac eorum, quæ de altero dicuntur nota.* Primò, requiritur quod verbum sit finitum, quod infinitari posse extra propositionē cōspicuum est; intra illā verò nō ita, dico ergo nō posse infinitari. Probatur, quādo particula, *non*, negat copulā propositionis verbū dicitur negatū, & propositio negatiua; sed in propositione quādo particula *non* ponitur ante verbū, semper negat copulā: ergo sēper reddit verbū negatū. Exēplū in hac propositione *homo non currit*, quæ idē est ac *homo non est currens*. Dices, etiam est idē quod *hæc homo est non currens*. Respōdeo, quod particula *non* est malignātis naturæ, & negat quidquid inuenit; hoc est nō solū significatū formale verbi, sed etiā copulā; & ita nō sunt idē 1. propositio, & tertia.

Secūdo, quod partes separatę nō significāt. Videtur hoc falsū, nā quodlibet verbū habet duplicē conceptū in mente; ut in hac propositione *Petrus currit*, verbo respondet *est currens*, & ita verbū erit quid cōplexū, cuius partes

partes separatæ significat. Respondeatur, quod licet detur illa correspondentia, & æquivalētia, tamē formaliter, & primario verbum, *currit*, suū signifi formale sci licet cursū modo cōcretō dicit.

Tertiò, quod verbum significet cum tempore. Nota nō esse idem significare tēpus, connotare tēpus, & significare cū tēpore, nā nomen tēpus, hora, etiam & dies significant tēpus, prandium quoq; significat māduca-tionē connotando tēpus in quo fit; & non significant cū tēpore, nā hoc est significare suū significatum inferi, hoc est significare actionem, vel passionē prout exercitatā in aliqua differentia temporis. Per hanc differentiā intellige etiam instātaneam, & æternam durationem, & ita cū dicitur Pater Æternus generat verbum, *ly generat* significat cū tēpore, hoc est æternā durationē.

Quartò, quod verbum sit rectum, idest indicantis modi tēporis præsentis, nā verba aliorū modorū nequeunt constituere enunciationem nisi fortē hypotheticā; vt hæc si lapis esset homo, lapis esset rationalis. Huius ratio est prima, quia in verbo indicantis modi per se reperitur veritas, aut falsitas, in verbis autē aliorū modorū solū ratione

verbi indicantis, nam hæc idē vera est: *Petrus ambulauit*, quia fuit aliquando vera *Petrus ambulat*. Secunda, quia verbum indicantis modi propriē significat actionem, aut passionem, secus alia. Nota verbum non significare tempus formaliter, sed de connotato inferi, in quo distinguitur à prandio, & cœna, non connotantibus tēpus inferi; cēnare verò significat cēnationē inferi, & cōnotat tēpus inferi.

Quintò, quod sit nota, &c. nā verbum in propositione significat prædicatum cōpetere subiecto, & ita est nota, idest signū convenientiæ prædicati respectu subiecti, in quo distinguitur à participio quod licet cū tēpore significet, nō tamē est nota.

Obijcies contra rationem qua probauimus verbum debere esse rectum, seu tēporis præsentis. Hæc è vera enunciatio, centum Phænices fuerunt, & nū quam potuit dici, nunc sunt cētum Phænices. Hæc alia, tot Pontifices Romani fuerunt, & nunquā potuit dici, nunc sunt tot Pontifices. Hæc altera, iustus fuit nequam, & nunquā potuit dici, nūc iustus est nequā: ergo veritas de præterito nō deriuatur à veritate à præsenti. Respondeatur. i. duas propositiones de

DISPUTATIO III.

præterito summere veritatem à suis de præfenti non simul, totaliter existentibus, sed secundum partes successivè, quia aliquando fuit verum dicere nunc est primus Pontifex, & aliquando, nunc est 2. & sic numerando, usque ad ultimum: similiter explicata primam propositionem. Ad tertiam dico non desumere veritatem ab illa propositione, sed ab hac, nempe homo est nequam, scilicet in alio tempore præterito.

Aduerte primò, verbum de cōnotato importare rationem copulæ, cum habeat suum proprium, & formale significatum alias dua significata formalia haberet, & sic esset quid completum. Aduerte secundò, nullum esse verbum quod solum significet copulam, unde verbum in propositione de secundo adiacente significat actum existentia, idem enim est; *Petrus est*, ac *Petrus est existens*. In propositione de tertio adiacente in materia contingenti significat existentiam prædicati in subiecto, v.g. *Petrus est albus*, *ly est* significat existentiam albedinis in Petro. In propositione necessaria significat actum essentia, v.g. *Petrus est homo*, *ly est* significat, Petrum habere essentiam hominis.

CONTROVER. VLT.

Quid, & quotuplex sit oratio.

Oratio est vox significans ad placitum, cuius partium aliqua separata aliquid significat ut dictio, non ut affirmatio, aut negatio v.g. homo albus. Nota orationem dici vocem, & non voces, ut indicetur orationem aliquomodo esse unam vocem, id est plures, quæ ratione alicuius coniunctionis fieri vna. Unde hæ voces cælum, terra, mare, non sunt oratio, quia non sunt aliququaliter vox una propter defectum coniunctionis, quæ sit vel per congruentiam vocum v.g. *homo albus*, vel ratione coniunctionis & aut, vel, seu ratione copulæ verbalis.

Dicitur vox significans ad placitum, per quod convenit oratio cum nomine, & verbo, differt verò ab illis, quia pars etiam separata aliquid significat: dicitur aliquapars, quia sufficit una pars significare, ut in hac, blitiri est vox. Hic sola oratio vocalis definitur, communis autem, etiam ad mentalem est plures dictiones congrue se habentes, quæ separata ita significant, sicut unitæ. Orationis forma est nexus

nexus vobis extremi cum alio, per eum constituitur & distinguitur à quocumq; alio. Quod si in propositione dicatur prædicatam forma subiecti, nõ erit forma totalis sicut nexus ipsius orationis, sed partialis, quod in composito accidentali reperies; imò in substantiali, vt in homine humanitas, & anima, & in albo albedo, & forma parietis.

Obijcies primò, contra particulam *vox*: oratio est quid artefactum, sed vox est quid naturale: ergo oratio non est vox. Probatur consequentia, nam vox ponitur vt genus, hoc autè ad idem genus pertinet, atq; differentia, quod hic non venit cum genus esset, quid naturale, & differentia quid artificiale. Respondetur, nego consequentiã. Ad probationem dico vocem nõ esse propriè genus, sed eius locum gerere, quia in definitione artificiatorum ponitur res naturalis, sicut in definitione accidentis ponitur substantia.

Obijcies secundò, contra particulam *significans ad placitum*: essentia rei naturaliter ei competit; sed essentia orationis est significare: ergo hoc naturaliter ei cõpetit, & ita non ad placitum. Respondetur, distingo minorem, quatenus oratio est concedo

minorem, quatenus vox est nego, & eodem modo distinguè consequens. Ratio est, quia nequit dari oratio, quæ non significet, bene verò vox.

Obijcies terciò, contra ultimam particulam, hæc oratio sol lucet, & dies est, continet partes significantes vt affirmationes. Firmatur vrgèter, hæc oratio *homo est animal* continet intra se aliã, scilicet *homo est*, quæ est affirmatio. Respondetur, de finitionem solùm competere orationi simplici. Ad confirmationem (quæ satis vrget ex responsione nuperrima, cum tradita propositio sit simplex) dico definitionem sic intelligi: oratio est vox cuius aliqua pars necessariò saltim significat, vt dictio; non autem necessariò, vt affirmatio, & ita si aliquândo significat, vt affirmatio, non tollitur definitio orationis, vt intrat a propositione. Veldic, quod *homo est*, non est pars huius: *homo est animal*, nam ly *est*, est copula in quam non resoluitur cū nõ maneat, in partes autem resoluitur oratio quando destruitur, cuius destructio fit per solutionem copulæ *est*.

Diuiditur oratio in enunciativã & est quæ aliquid affirmat vel negat, vt *homo est animal*: &

DISPUTATIO III.

non enunciatiuam, & est quæ nihil affirmat, vel negat, vt homo albus. Oratio alia est perfecta integram sententiam declarans, v.g. *Deus est bonus*, & alia imperfecta, integram sententiam non declarans, v.g. *si timueris Deum*. Imperfecta, alia est formaliter talis; vt nuper tradita, & alia virtualiter talis, vt nemo, nihil, quatenus significant nullum hominem, vel nullam rem. Imperfecta formaliter, alia est, quæ audita aliquid expectamus, v.g. *si timueris Deum*, & alia quæ audita nihil expectamus, vt *homo albus*. Inquires quomodo si oratio,

& terminus non sunt genera sub ordinata idem v.g. *homo albus*, possit esse oratio, & terminus complexus? Respondetur, quod licet idem nequeat esse sub duobus generibus non subordinatis essentialiter, bene accidentaliter, v.g. homo accidentaliter est sub genere quanti, & sub generi albi. Sic hic eadem entitas harum vocum, *homo albus*, denominatur oratio à secunda intentione significationis, & totum hoc coniunctum ex vocibus, & significatione, quod dicitur oratio denominatur terminus complexus à alia 2. intentione

DISPUTATIO QUARTA.

De propositionis essentia, & diuisione eiusdem.

CONTROVER. I. *Quid sit propositio.*

Propositio apud aliquos est *oratio verum, vel falsum significans*, vbi non est addenda particula *in dicendo*; vt addit Petrus Hispanus, nā iam significatur, ex eo quod verum, aut falsum significet quod solum in indicāti modo reperitur. Vbi etiam (si definitio bona est) veritas, & falsitas vt proprietates propositionis accipiuntur.

Refellitur à nobis definitio, nam veritas, & falsitas conueniunt speciebus propositionis; non verò propositioni in cōmuni abstrahēti ab vtraq; ratione: ergo definitio nō debet admitti, sicut si definierē animal, dicendo quod est rationale, vel irrationale, aut resibile, vel rugibile non deberet admitti definitio. Deinde quia traditur per opposita distinctam

iunctim, non copulativa. Cōtra opposita disiunctim nihil determinatè significant; definitio autem aliquid determinatè significare debet: ergo adhuc disiunctim non est tradenda per opposita. Ob id refello etiam hæc: *propositio est oratio affirmativa vel negativa.*

Est ergo propositio *oratio enunciativa*. Vbi *oratio* habet rationem generis, & *enunciativa* rationem differentia, & significat quod propositio includit subiectum, prædicatum, & copulam; ita ut prædicatum de subiecto dicatur abstrahens ab affirmatione, & negatione, quas ad species contracta habet; impossibile enim est, quod propositio contracta ad aliquam speciem, non sit affirmatio, vel negatio, si cur animal contractum ad aliquam speciem necessariò est, vel rationale, vel irrationale.

Contra hæc oratio *hominem esse animal*, est oratio enunciativa, sed non est propositio: ergo definitio propositionis alijs ab illa convenit. Respondetur, in definitione intelligi orationem perfectam, & quia illa oratio infinitivi modi non est perfecta, ideo ei non competit tradita definitio.

Obijcies, contra primam de

sitionem, quatenus docuimus quamlibet propositionem esse veram, aut falsam in particulari sumptā. Hæ propositiones: *hec propositio, & falsa, & hæc alia, hæc propositio est vera*, nec sunt veræ, nec sunt falsæ: ergo iam non omnis propositio est vera, aut falsa. Probatur antecedens quia si dicas primam propositionem esse veram, iam illa erit falsa, cū de se dicat esse falsam, cum tamen, ut tu dicis sit vera; si dicas esse falsam, tūc erit vera, quia dicit se esse falsam, cū reuera, ut tu dicis sit falsa: ergo neque est vera, neque falsa.

Respondetur primò, illas illas proprietates non competere propositionibus in exponibilibus; ut sunt assignatæ. Respondetur secundo, orationes illas non esse propositiones, quia nulla propositio potest de se ipsa intelligi; illæ verò de se ipsis tractant. Non omnino placet solutio, nam si quis sumpto carbone scribat in pariete; *hec scriptura est atra*, seu nigra, tunc daretur propositio, & vera, & de se ipsa tractaret. Respondetur tertio, & verè, illas propositiones dupliciter considerari. Primò, ut demonstratas per particulam *hec*. Secundò, ut demonstrantes se ipsas. Primò modo cū nō habeat

DISPUTATIO III.

extra se aliquod obiectū quod significant non sunt veræ aut falsæ, quia istæ proprietates solum sequuntur propositiones significativas aliquorum. Secundò modo ambæ sunt falsæ, siue dicant se esse veras, siue falsas, quia cum nec veritatem, nec falsitatem habeant, affirmando determinatè alteram harū proprietatē tantum de se, falso affirmant.

CONTROVER. II.

Quæplex sit propositio.

Dividitur primò propositio, in vocalem, metalem, & scriptam, dividitur secundò in simplicem, & compositam. Simplex seu categorica est, quæ constat ex subiecto & prædicato tanquam partibus proximis coniunctis copula verbali. Dicitur tanquam ex partibus proximis, ut discriminetur ab hypothetica, quæ licet in se includat subiectum, & prædicatum, non tamen componitur ex illis proximè, sed remotè.

Obijcies primò hæc propositio *Petrus est* non habet prædicatum, & est propositio categorica, ergo hæc non constat ex prædicato, & subiecto. Res-

ponderetur, nego antecedens nam prædicatum continetur in verbo *est*, ac priordè idem est dicere *Petrus est*, ac *Petrus est ens*, vel *Petrus est existens*.

Obijcies secundò istæ voces *pluit*, *grandinat*, *lego*, sunt propositiones categoricæ & tamē non habent subiectum: ergo. Respondeo illas voces virtualiter continere subiectum, nam *pluit*, & *grandinat*, idem est ac *Deus*, vel *natura pluit*, vel *grandinat*, insuper *lego*, idem est ac *ego sum loquens*.

Aduertè aliquando contingere quod subiectum sit vnica tantum dictio ut *homo & animal*, aliquando vna propositio, ut, *homo qui est iustus diligit Deum*.

Aliquādo vna oratio, ut *homo albus dillegat vitum*. Quæ nō obstant quo minus propositiones traditæ sint categoricæ, nam illa integra propositio, habet vicem subiecti quia implicatur & quasi confunditur in illo, & propterea vocatur copula eius implicationis, cū nec affirmet, nec neget, sed sit implicata & inclusa in illo. Dicitur etiā copula minus principalis, quia ex illa non attenditur veritas, vel falsitas propositionis sed ex secunda.

Propositio hypotetica est oratio constans ex Categoricalis, ut præcipuis partibus unitis copula non verbali, v.g. Magister docet, & discipulus audit: dicitur: *copula non verbalis*, quia debet esse aliqua particula, v.g. *Et, si, vel*. Ratio est, quia in propositione hypotetica, non tam affirmatur, vel negatur prædicatum de subiecto, quod fit per copulam verbalem, quam significatur nexus, aut separatio veritatis duarum propositionum, antillatio, siue cōsecutio vnius orationis ex alia, quod fit per copulam, quæ verbalis non est. Collige diuisionem in Categoricalam, & hypoteticam esse adæquatam.

Contra, hæc propositio homo, qui ambulat, disputat, non est aliqua ex dictis: ergo diuisionem non est adæquata. Probatur antecedens, nō est categorica, quia habet duo verba, & duas propositiones, vel orationes unitas; nec hypotetica, quia non habet duas partes principales, quæ sint propositiones, nam *ly ambulat* est copula implicationis. Respondetur, propositionem illam in vno sensu esse Categoricalam, & in alio hypoteticam; si enim *ly ambulat* sit circumstantia quæ iam supposita ex parte

vnius extremi, ab hoc ut denuncietur disputatio de homine, tunc est Categorica, quia sic *ly ambulat*, non est verbum indicans vñionem, aut disunctionem prædicati cum subiecto, nec enim in eo datur veritas propositionis, aut sententia certa, quæ cum alia vniatur. Si verò non sit dicto modo circumstantia, sed potius ex modo significandi, & reddens hunc sensum: homo disputat, qui etiam ambulat tunc erit hypotetica.

Obijcies contra definitiōnem, hæc propositio; Petrus, & Paulus currunt est hypotetica, & etiā hæc Petrus est currens, & loquens; istæ autem non cōstant ex pluribus categoricalis: ergo. Probatur antecedens, nam prima æquivaler his duabus, Petrus est currens, Paulus est currens. Secūda, æquivaler his, Petrus est currens, & idem est loquens. Firmatur, hæc est hypotetica Petrus currit, & loquitur, quia æquivaler his Petrus est currens, & idē est loquens. Respondetur illas propositiones ex modo significandi esse categoricas; prima enim habet duplex subiectum partiale, & secundum duplex partiale prædicatum per modum vnius extremi; in propositione autem

DISPVATIO III.

absolutè solum attenditur modus significandi, & ideo illarum propositiones sunt categoricę de extremo copulato. Nec æquiualentia conuincit, quia sequetur hanc fore hypotheticam: omnis homo est animal, quia æquiualet his: hic homo est animal, & hic homo est animal. Ad confirmationem dico, illam propositionem esse hypotheticam, non ob æquiualentiam, sed ob significandi modum,

Propositio categorica diuiditur essentialiter in affirmatiuam, & est in qua verbum affirmatur vel quę aliquid de alio enunciat, vt homo est animal; & in negatiuam, & est in qua verbum negatur, vel quę aliquid de aliquo remouet. Quod si enuntiatio pluribus constat verbis, præcipuum verbum considerandum est, & ita hæc: homo qui non est doctus, est indoctus, affirmatiua est quia secundum verbum quod præcipuum est affirmatur.

Propositio alia est, secundum adiacentis, & est in qua post subiectum tantum ponitur verbum vt homo est, & dicitur secundum adiacentis, quia solum secundum adiacet alteri, & alia est tertij adiacentis, in qua post verbum ponitur prædicatum, & dicitur

tertij adiacentis, quia tertium scilicet prædicatum adiacet copulę & subiecto.

Propositio ratione materię, alia est necessaria in qua prædicatum necessario conuenit subiecto, vt homo est animal contingens, alia in qua prædicatum accidentaliter conuenit subiecto, vt homo est albus, & altera repugnans in qua prædicatum repugnat subiecto, vt homo est lapis. Insuper alia est directa in qua id quod est forma prædicatur de eo quod est materia, vt homo est albus, homo est rationalis, homo est animal; non in prima propositione prædicatum est forma physica, in secunda est forma physica, in tertia superius, superiora enim, licet respectu differentiarum habeant rationem materię metaphysicę, respectu tamen specierum rationem formę habent.

Propositio ratione quantitatis, alia est vniuersalis, cuius subiectum est terminus communis affectus signo vniuersali; vt omnis homo est animal, nullus homo est lapis. Alia indefinita cuius subiectum est terminus communis, nullo signo affectus; vt homo est animal quę si fiat in materia naturali, & remota æqui-

æquiualeat vniuersali (intellige in propositione directâ) in contingenti verò particulari. Altera est particularis, cuius subiectum est terminus communis signo particulari affectus vt *aliquis homo* currit. Alia deniq, singularis, cuius subiectum est terminus singularis, vt *Petrus* currit.

Prepositio ratione qualitateis, alia est vera ita enuncians sicut res est, & altera falsa, non ita enuncians sicut res est. Aduertè propositionem vniuersalem affirmatiuam in tantum esse veram, in quantum prædicatum diditur de omni contento sub subiecto, falsam verò in quantum non ita dicitur, exemplum primi est, *omnis homo est animal*, & secundi, *omnis homo est albus*. Negatiua verò, tunc est vera quando prædicatum negat de omni contento sub subiecto, vt *nullus homo est lapis*, & falsa quando de aliquo prædicatur; vt *nullus homo est albus*. Particularis affirmatiua est vera, quando prædicatum conuenit alicui contento sub subiecto; vt *aliquis homo est albus*, & falsa quando negatur de omni contento sub subiecto; vt *aliquis homo est lapis*. Negatiua est vera, quando prædicatum ad minus negatur de aliquo contêto

sub subiecto, vt aliquis homo non est albus, & falsa, quando prædicatum affirmatur de omni contento sub subiecto: vt aliquis homo non est animal. In definita iuxta diuersam æquipollèciam diuersam fortietur rationem.

Obijcies primò, contra penultimâ diuisionem. Hæc propositio *tantum animal est homo*, non est singularis, vt claret, nec in definita, quia non omne animal est homo, nec particularis, quia licet aliquod animal sit homo, non sequitur quod tantum animal sit homo, sicut licet aliquod animal sit album, non sequitur tantum animal esse album, cum nix sit alba, & non animal. Respondetur, non esse vniuersalem propiè, sed ad eam reduci, & reciprocari cum vniuersali contrarij ordinis extremorum, & ita reciprocatur cum ista: omnis homo est animal, & semper enunciatio vniuersa æquipollet excludenti (hanc voco in qua ponuntur hæc signa *tantum, solum, dumtaxat, &c.*) quia dicendo tantum animal est homo, excluduntur ab homine, omnia, quæ non sunt animalia, dummodo vertantur extrema: vt hæc *omne album est coloratum*; reciprocatur cū hac, tantum coloratum est album.

Obijcies

DISPUTATIO III.

Obijcies secundò, hæc, omnes sensus externi sunt quicq; nõ est aliqua ex dictis: ergo. Dices esse vniuersam. Contra nõ sequeretur eius contradicentẽ particularem, nempe aliquis sensus externus non est quicq; & ita duæ contradicẽtes euent simul veræ. Respondetur esse singularem, quia licet quinque sensus sint multi, sunt tamen vnus numero quiniarius.

Obijcies tertio contra id quod dicitur scilicet enũciationem indefinitã æquiualeat vniuersali, vel particulari. Hæc *homo est species* est indefinita, & non æquiualeat vniuersali quia non quilibet homo est species, tunc quia nec est in materia necessaria, in qua sic æquiualeat. Deinde nec æquatur particulari, alioqui esset vera hæc, aliquis homo est species: ergo. Respondetur illam esse singularem, non definitam, quia homo respectu specieris indiuiduum quoddam rationis est, vt constat ex dictis.

Aduertẽ affirmatiuum, & negatiuum esse essenziale in propositionibus; materiã verò esse res circa quas veratur propositio, prout vna dicit ordinem ad aliam conueniendo, vel disconueniendo, quæ diuiditur in ne-

cessariam, contingentem, & repugnantem, quæ alio nomine appellatur impossibilis. Materia necessaria est quando prædicatum necessariò conuenit subiecto; vt homo est animal. Contingens; quando prædicatum cõtingenter conuenit subiecto; vt *Petrus est albus*. Impossibilis seu remota in qua prædicatum repugnat subiecto; vt homo est lapis; diciturq; remota, quia prædicatum, ita remouetur à subiecto; vt nunquam illi conuenire possit. Possibile autem non numeratur hic, quia non ponit in numero cum materia necessaria, & contingenti, quia nulla est materia possibilis, quæ non sit necessaria, vel contingens.

Quantitas propositionis est extensio, seu restrictio propositionis ad vnum, vel multa, quæ quadruplex est. Vniuersalis quãdo propositio notatur signo vniuersali, in definita, quando propositio constat subiecto communi nullo signo affecto, particularis, quando propositio notatur signo particulari, singularis quando notatur signo singulari, vel exprimit rem singularem. Qualitas alia est essentialis, vt affirmatio, & negatio, alia accidentalis; vt veritas, & falsitas.

tas. Aduertè, affirmationem, & negationem dici qualitates largè; prout summuntur per prædicari in quale, non verò propriè, prout pertinent ad prædicamentum qualitatis.

CONTROVER. III.

De multiplicitate propositionis hypotheticæ.

Dividitur in copulatiuam cuius partes copulantur coniunctione copulatiua, v. g. *& ac, nec*, vt homo est rationalis, & leo est rugibilis, neque homo est lapis, neque leo risibilis. Ad huius veritatem, requiritur quod vtraque sit vera; ad falsitatem verò, quò vtraq; vel altera sit falsa; vt autem sit possibilis non sufficit, quod vtraq; sit possibilis, sed requiritur, quod sit composibiles, & sic hæc est falsa *Petrus loquitur, & non loquitur*, quia partes eius licet sint teorietice possibiles: sunt tamè in composibiles, & sic tota propositio dicitur impossibiles. In disiunctiuam cuius partes copulantur coniunctione disiunctiua: v. g. *vel, aut, si vè*, vt si dicas, vel *Petrus loquitur, vel sedet*. Quæ particulae sit satis obiectiōi tacitæ licet sensum disiungat, par

tes coniungunt. Tunc autè hæc propositio est vera, quando altera pars est vera, & falsa, quando vtraq; pars est falsa.

Difficultas est an etiam sic falsa quando vtraq; pars est vera. Aduertè, particulam, *vel* aliquando in voluere adverbium tantum, & aliquando summi loco aduerbij *saltim*. Quando in voluit aduerbiū tantum, si vtraque pars est vera, propositio est falsa; vt *vel Petrus currit, vel Ioannes currit*; efficit enim hūc sensum: vel Petrus tantum currit, vel Ioannes tantum currit; tunc enim si ambo currunt, nō est verum dicere, quod vnus illorum tantum currit. Si autem particula, *vel* loco aduerbij *saltim* capiatur, tunc propositio erit vera, facit enim hunc sensum; saltim vna istarum propositionum est vera, non negādo alteram esse verā, & in hoc sensu loquuntur frequenter summulistæ, & arbitror summi in rigore coniunctionē disiunctiua.

In propositionem conditionalem, cuius partes copulantur dictione conditionali v. g. *si* v. cum dicimus; *si Sol lucet aies est*. Ex his propositionibus aliquādo vna pars sequitur necessariò ex altera, & tunc propositio est vera, vt in tractato exemplo.

DISPUTATIO III.

Aliquando vna pars se habet disparatè ad alteram, v.g. *si Petrus currit, Paulus loquitur*. Aliquando vna pars conducit ad alteram, non verò sequitur necessariò. Aduertè, sufficere illationem esse bonam; vt hæc propositio sit vera; licet partes sint falsæ, v.g. si immobile currit, illud mouetur. In causalem etiã quæ est cuius partes copulatur, particula causali, v.g. quia, quoniam, vt si dicas, *quia Sol lucet dies est*. In rationalem tandem, quæ est cuius partes coniunguntur mediante particula rationali, v.g. ergo, igitur, vti si dicas, *sol lucet ergo dies est*. Vt hæc sit vera requiritur quod vtraque pars eius sit vera, & vna benè ioteratur ex altera.

Dices propositionem rationalem esse argumentationem: ergo ipsa non est propositio, nam idem nequit habere duplicem speciem. Respondetur, hæc propositionem improprie tantum dici propositionem, & propriè argumentationem; hoc autem non implicat, licet esse propriè vtrūque repugnet. Colligè propositionem hypotheticam non habere propriè quantitatem, & qualitatē, & ita in ipsis nō est immorandū, licet multa poteramus describere, cū nostre Magistro Reyes

Aduertè, has propositiones tunc esse affirmatiuas quando principalis eius copula affirmatur de aliquo, siue partes sint affirmatiuæ, siue negatiuæ, v.g. *si homo est animal est sensibilis si homo non est animal, non est sensibilis*; vtraque enim affirmatiua est. Tunc autem sunt negatiuæ quando principalis copula negatur, siue partes sint affirmatiuæ, siue negatiuæ, v.g. *non si Petrus mouetur, currit: non si Petrus non mouetur, non currit*.

CONTROVER. IIII.

De propositione modali.

ADuertè primò, non quemlibet modum modifican-tem terminum facere propositionem modalem, prout hic summitur, nam in primis licet Syncategorema in propositione sit modus alterius termini, non facit propositionem modalem, v.g. *omnis homo est animal*, non est modalis, licet ly *omnis*, sit modus illius. Modus autem sēper debet esse principale prædicatum in propositione, id est id quod ultimo prædicatur, ad quod parū refert quod in principio, aut fine ponatur, dūmodo in sensu vltimū locū obtineat, & in medio non colloretur; vthæc propositiones: *nec esse est hominē esse*

esse animal, & hominē esse animal est necesse, licet habeant diuersā collocationem terminorum, habent eundem sensum.

Aduertē secundō, in hac propositione, & reperiri dictum, & reperiri modum, & copulam. *Dictum*, est aliqua propositio absoluta in qua aliquod prædicatum dicitur de subiecto. *Modus* verō est ille terminus, qui de tota hac propositione prædicatur, & explicat quomodo prædicatum propositionis absolute conveniat subiecto, v. g. *hominē esse animal est necesse*. *Dictū*, est *hominem esse animal*. *Modus* verō est ille, qui ultimo prædicatur scilicet *necesse*. Verbum tripliciter modificatur in præpositione primō ex parte rei significata, v. g. *Petrus sedet in arbore*. Secundō, ratione temporis, v. g. *Petrus sedebat heri*. Tertiō, ratione cōnexionis prædicatū subiecto, v. g. *Petrus sedet cōtingēter*.

Hic modus quaternario cōprehenditur numero, scilicet *possibile, contingens, impossibile, necesse*. Circū *contingens* aduertē, non summi pro eo quod potest esse, vel abesse in aliquo, sed prout est idē quod possibile saltem æquiualeuter, & ideo solū in rigore sunt tres modi. Quod si alij dentur modi; ut *per se, per*

accidens, verū, & falsum, hic de illis non est agendum, nam duo posteriora specialem non habēt difficultatē: primū, verō reducitur ad necesse, & secundū ad contingēs. Modus potest colitari quasi aduerbiū, & quasi nomen; ut *Petrus sedere cōtingēs est, & Petrus cōtingēter sedet*. Nos autē vt facilius procedamus solū illis vtēmur vt nominibus.

Aduertē, diligenter modum posse collocari, vel extradictū, siue in principio, siue in fine, vel intra idem dictum. Exēp̃ū primū: *necesse est Petrum currere, & Petrum currere est necesse*. Exēplum secundū, *Petrum necesse est currere*: quando modus ponitur extradictū, appellatur propositio modalis composita; quando verō intra illud vocatur diuisa. Quare hæc enunciatio album esse nigrum est contingens, reddit hūc sensum: res simul potest candorem, & nigredinē accipere; vel album manēs album potest esse nigrum; hæc verō *altū possibile est esse nigrum*, ita exponitur res quæ est alba potest esse nigra. Quare cōposita eius dictum coustet ex subiecto, & prædicato repugnantibus & sit alius modi possibilis contingētis, aut necessarij, semper est falsū autē sit diuisa, nequaquā.

DISPUTATIO III.

Materia huius propositionis est duplex necessaria, & remota, seu impossibilis. Ratio est rā cum materia hæc consistat in conuenientia prædicati cū subiecto, in propositione modalī in qua prædicatum est *modus* & subiectum *dictum* cum *modus* dupliciter se habeat ad *dictum* primò ita vt si semel conueniat *dicto* semper, & necessario cōuenire debeat, secundò, ita vt si conueniat, nunquā conuenire queat, sit, vt talis materia solū sit vel necessaria, vel impossibilis. Explicatur, quādo dico Petrum currere: est contingens, *ly contingens* necessario conuenit Petro currenti. Aduerte ne cōfundaris audiēdo quatuor esse modos, & materiam modalem duplicem, nā *modus* sit prædicatum, materia verò est conuenientia prædicati cum subiecto: potest autem prædicatum variari, & non cōuenientia, nam eodem modo conuenit homini esse intellectiuum, & esse volitiuū, licet sint prædicata diuersa.

Quantitas est extensio copulæ per varia tempora, ex quo fit quod altera est vniuersalis, & altera particularis, vniuersalis est, quæ extendit copulam *dicti* supra quod cadit modus

per omnes differentias temporis. Particularis est quæ extendit eandem copulam *dicti* non per omnes differentias temporis: colligè modum vniuersalē esse duplicem, scilicet necessariū, & impossibile, quia quando prædicatum conuenit subiecto necessario, in omnis temporis differētia illi competir. Et etiā quando prædicatum alicui repugnat, semper illi repugnat. Modus particularis etiā est duplex scilicet possibile, & contingens, nam vt aliquod prædicatum sit possibile respectu alicuius subiecti non est necessariū, quod semper possit illi coniungi, sed sufficit quod aliquando, v.g. vt hæc sit vera *possibile est loquentem tacere*, non est necesse posse simul tacere in illa differētia temporis, in qua loquitur. Idem de modo *contingens*. Aduerte quòd modus vniuersalis sit particularis præposita negatione, & vice versa; particularis sit vniuersalis præposita etiam negatione, v.g. non possibile est idem, ac impossibile est idem ac possibile, idem de signis propositionum absolutarū est obseruandum.

Qualitas duplex est scilicet veritas, & falsitas, affirmatio, & negatio

negatio circa veritatem, & falsitatem cōstat ex dictis, nam propositio, quæ semel est vera, nūquam potest esse falsa, quia materia, vel est necessaria, vel impossibilis; illud verò quoddam tale est omnino invariabile est; & ideo nō dabitur mutatio in his propositionibus de veritate in falsitatem. Aduertè, quod propositio modalis potest esse primò affirmatiua, tam de modo, quàm de dicto, v.g. *neceſſe eſt hominem eſſe animal*. Secundò, è contra, v.g. *non neceſſe eſt hominem nō eſſe animal*. Tertiò, affirmatiua de modo, & negatiua de dicto, v.g. *neceſſe eſt hominem non eſſe lapidem*. Quar

to negatiua de modo, & affirmatiua de dicto, v.g. *non neceſſe eſt hominem eſſe album*. Quod ne obliuioni tradatur quatuor literis vti debemus ſcilicet, *a. e. i. u. a* ſignificat vniuerſalē affirmatiuam de modo, & dicto, *u. n. e.* negatiuam de modo, & dicto, *e. a. i.* affirmatiuam de modo, & negatiuā de dicto, *i. n. e.* negatiuam de modo, & affirmatiuam de dicto, quæ in his verſibus ucontinentur.

E. *Dictum negat, I. q; modum,*
A. *Nihil, ſed, V. totum.*

DISPUTATIO QUINTA.

De proprietatibus, quæ propositionem ſequuntur.

CONTROVERSIA I. De oppoſitione propoſitionum abſolutarum.

HIC de oppoſitione ſimplici ſermonē nō nectimus, hæc enim in rebus reperitur ſed de complexa, quæ in propositionibus reperitur, definiturque eſt repugnācia quarum propoſitionum eodem prædicato, & ſubiecto conſtantium ſecundū affirmationem, & negationem.

Dicitur, *repugnācia* in qua conuenit hæc oppoſitio cum ſimplici, & diſtinguitur per particulam *propoſitionum*. Dicitur, eodem prædicato, & ſubiecto conſtantium, quia horum aliquo variato oppoſitio euaneſcit; imò hæc identitas intelligitur, etiam eodem modo, nomine, tempore, loco, ſuppoſitione;

Secund. **DISPUTATIO V.**

nōne, appellatione &c. Vnde in subiecto æquiuoco nō datur oppositio, quia non est de eadem significatione, v.g. *canis latrat, canis non latrat*. Additur secundum affirmationem &c. Pro quo aduertē affirmatiōē posse reperiri in signo, vel in copula, nam hoc signum *omnis* est affirmatiuum, & hoc *nullus* negatiuum; vt verō sit negatiua propositio, sufficit negatio, vel in signo, vel in copula.

Colligē ad hanc oppositiōē requiri quod propositiones repugnent secundum quantitatem vel qualitatem, vel secundum utrumque simul; quia alię propositiones repugnāt in quantitate, & qualitate, vt propositiones contradictorię, quarū vna est particularis & alia vniuersalis, vna vera, & alia falsa. Alię repugnant tantum in qualitate, vt propositiones contrarię, quarum vtrāq; est vniuersalis, & sic in quantitate conueniunt, non verō, quælibet est vera, sed vna earum tantum, & sic opponuntur in qualitate, & vno verbo vt hæc omnia intelligas præmanibus habere hanc regulam: ad hoc vt duę propositiones oppositæ sint, nihil debet habere vna, quod non habeat alia, totumquē debent differre secundum

quantitatem, vel qualitatem.

Obijcies contra definitionē oppositiōis: nulla definitio traditur per opposita copulatiuē, sed allata definitio sic traditur, scilicet per affirmationem, & negationem ergo. Respondetur distingo maiorem, nulla definitio traditur per talia opposita, quæ sint differentiæ diuidētes re definitā concedo maiorem, quæ sint partes illam componentēs negō; affirmatio autē & negatio secundum diuersas partes conueniunt oppositiōi nempe secundum diuersas propositiones, idē rectē potest per affirmationem & negationem defini.

Oppositio est triplex; contraria contradictoria, & subcontraria. Contraria est repugnātia duarū propositionum vniuersaliū secundum qualitatem, v.g. *omnis homo est iustus, nullus homo est iustus*. Oppositio contradictoria est repugnātia duarum propositionum, ita vt vna sit vniuersalis, & altera particularis, vna affirmatiua & altera negatiua, v.g. *omnis homo est iustus, aliquis homo non est iustus*.

His communiter additur oppositio subalterna, quæ versatur inter duas propositiones, qua-

quarum vna est vniuersalis, & altera particularis, ambæ affirmatiuæ, aut ambæ negatiuæ, quarum particularis subalternata dicitur, quando sub altera scilicet vniuersali continetur; vniuersalis autem subalternans appellatur, quæ oppositio impropriæ nuncupatur, nam potius vna inferitur ex altera, nã ex veritate vniuersalis subalternantis, benè inferitur veritas particularis subalternatæ benè

enim sequitur: omnis homo est albus, ergo aliquis homo est albus. Deindè ex falsitate particularis benè inferitur falsitas vniuersalis; v.g. si hæc est falsa aliquis homo est albus, etiam hæc omnis homo est albus. Appellantur autem istæ propositiones oppositæ aliquantulum, quia diuersam habent quantitatem. Harum autem omnium propositionum officia, & nomina hæc manifestat.

OPPOSITARVM PROPOSITIONVM DESCRIPTIO.



Alquis homo est albus

Aduertè primò, propositiones subcontrarias non esse propriè oppositas, quia possunt esse simul veræ & vna veritas alteri nō opponitur. Ita D. Tho.

10. de interpret. c. 11. v.g. istæ sunt ambæ veræ, *quidam homo est albus, quidam homo non est albus.* Undè licet verum sit istas propositiones esse veras in ordine

DISPVATIO V.

dine ad diuersa subiecta; tamē loquendo de eodem subiecto nequeunt esse verę, tunc nihilominus in hoc casu propositiones non sunt sub cōtradictorię de legē, quę autem istę sunt statim explico.

Aduertē secundo præter dictas oppositiones reperiri aliquas propositiones, quę inter se opponuntur, non tamen, sunt formaliter oppositę aliquo genere ex assignatis. Vnde tales dicuntur oppositę de legē, quia scilicet seruāt legem oppositionum licet non seruēt formam, v. g. *omnis homo est iustus, Petrus non est iustus*, sunt contrarię de legē, quia ambę possunt esse simul falsę, posito quod Petrus sit iustus. Et etiam *Petrus currit, Petrus non currit*, sunt cōtradictorię sumptę pro eodem Petro, quia seruā legē oppositionis cōtradictorię; ita ut nō possint esse nec simul verę, nec simul falsę.

Aduertē tertio, quasdam les. Prima est, quod cōtradictorię in nulla materia possunt esse simul verę, aut simul falsę. Secunda, contrarię in nullamateria possunt esse simul verę, bene tamen simul falsę in materia contingenti. Ad hanc reducuntur propositiones indi-

rectę: *ut omne animal est homo, nullum animal est homo*: ambę enim sunt falsę, quia in materia contingenti sunt, quatenus inferius se habet, ut accidens respectu superioris. Tertia, sub contrarię nunquam possunt esse simul falsę; bene tamen simul verę, in materia contingenti. Quarta, sub alternę in materia necessaria si vna est vera, altera etiam est vera: in materia verō contingenti vniuersalis potest esse falsa, & particularis vera, sed non ē contra.

Ratio de prima lege reddi non potest, quia est primū principium, nempe de qualibet re esse veram affirmationē, vel negationem, seu quod quęlibet res est, aut non est; affirmatio autem & negatio simul de eadem re verę esse nō possunt, aut falsę. De hac lege deriuantur alię, & sic secunda regula probatur. Nam si contrarię possunt esse simul verę ex illis simul cōcessis sequerentur duę contradictorię simul verę, si enim hæc est vera *omnis homo est albus*, & etiam, hæc alia, *nul- lus homo est albus*, erit vera hæc alia *aliquis homo non est albus*, quia particularis negatiua bene infertur ex sua vniuersali negatiua, & ita verę erunt istę cō-

tradictio-

tradiçtorix: *omnis homo est albus, aliquis homo non est albus.*

Tertia, probatur quia eo ipso quod dentur duæ subcõtrariæ falsæ sequuntur duæ cõtradiçtorix falsæ, si enim hæc est falsa, *aliquis homo non est albus*, & hæc etiam alia *aliquis homo est albus*, cū hac posteriori existēte falsa, erit hæc alia falsa omnis homo est albus, ergo istæ cõtradiçtorix sunt simul falsæ, sci licet *omnis homo est albus*, *aliquis homo non est albus*. Deindē sequerentur duæ contrariæ simul veræ, nam existētibz sub contrarijs falsis, ipsarum cõtradiçtorix erunt veræ, sed istæ sunt inter se contrariæ, ergo. Quarta, probatur, nam si ex subalternis posset particularis esse falsa, & vniuersalis vera, sequerentur duæ cõtradiçtorix simul veræ, nam si hæc est vera *omnis homo est albus*, & hæc falsa *aliquis homo est albus*, cū duæ subcõtrariæ nequeant esse simul falsæ, hæc erit vera, *aliquis homo non est albus*, quæ est cõtradiçtoria vniuersali concessæ: ergo istæ cõtradiçtorix erunt simul veræ; scilicet *omnis homo est albus*, *aliquis homo non est albus*.

Obijcies primò, contra primam regulam: istæ sunt contra

diçtorix hæc propositio est vera, hæc propositio non est vera, ita vt prima propositio assignet secundā, & secunda se ipsam assignet, & tamen debent esse aut simul veræ, aut simul falsæ, ergo regula falsa est. Probatur minor nam eo ipso quod negatiua sit vera, affirmatiua erit vera, nam significat id quod verum est, nempe negatiuam esse veram, & sic ambæ erūt veræ. Deindē eo ipso quod dicamus negatiuā esse falsam, affirmatiua erit falsa, nā significat falsò, scilicet negatiuam esse veram, quæ tamen est falsa.

Poteram respondere cum secunda solutione quam adhibui ad vltimam obiectionem disputatione quarta controuersia prima, scilicet tales propositiones non esse propriè & verè propositiones, vel ad minus secundam, quia non potest verari eadem propositio circa se ipsam, nec se ipsam cognoscere ac aliquid de se ipsa anūtiare, nec prior esse se ipsa quæ omnia sequerentur si tales propositiones verè tales essēt. Sequeretur etiam quod eadem propositio distingueretur realitèr à se ipsa, ex quo respōdetur ad argumentum non esse cõtradiçtorias formaliter, sed solū

DISPUTATIO II.

materialiter, cum formaliter propositiones non sunt. Respondetur secundò cum Soto non esse inconueniens in propositionibus se falsificantibus dari contradictorias simul falsas.

Obijcies secundo: istæ sunt contradictoriæ *Petrus ex se est albus Petrus ex se non est albus*, sed ambæ sunt falsæ. Probatur minor, quia prima significat albedinem essentialiter competere Petro, cui tamen accidentaliter competit. Secunda, esse essentialiter homini carere albedine, quod est falsum, quia talia illius essentia potest albedinem habere. Respondetur has non esse contradictorias, quia illa particula *ex se*, manet utrobique affirmata, & habet sensum uersalem, idem significans quod necessario, & pro omni tempore unde potius sunt contrariæ, quas non repugnat simul esse falsas. Eundem defectum habeat sequentes propositiones *Petrus semper disputat, Petrus semper non disputat*

Obijcies tertio, istæ sunt contradictoriæ: *nullus equus requiritur ad equitandum, aliquis equus requiritur ad equitandum*, sed sunt simul veræ ergo. Probatur minor, secunda certa est, prima verò probatur. Nam habet omnes singulares veras, nam signo quolibet equo, verum est

eum non esse necessarium ad equitandum. Respondetur negò esse contradictorias, quia variatur suppositio, in prima enim equus summitur distributiue, in secunda verò confusè.

Urgebis: in his, *omnis homo currit, aliquis homo non currit* variatur suppositio, in prima enim supponitur distributiue: & in secunda particulariter & tamen sunt contradictoriæ: ergo solutio nulla. Respondetur non obistere contradictoriæ oppositionis quancumque suppositionis variationem, sed solum illam ratione cuius provenit; ut in vna propositione sit sermo de aliquo de quo nullo modo est sermo in alia, cum ergo in prima ex contradictorijs, ad quas respondetur, equus supponatur distributiue, sermo est de omnibus singularibus determinatè, & in particulari, in secunda verò, cum equus supponatur confusè sermo est de singularibus vage, & sub disunctione: idem contingit in his: *nullus homo est species: homo est species*, in prima enim sermo est de singularibus hominibus, & in secunda de ratione abstracta. Idem in his, bis cecini sacrum, & nullum sacrum bis cecini, in prima sermo est de sacro vage, & in confusè sumpto, & in secunda de omni,

omnibus sacris distributiue. At
verò in contradictorijs allatis
in replica, ita variatur suppo-
sitiō, vt in prima sermo fiat,
etiam de homine contēto in se-
cūda, nam cum sit distributiua,
agit de omnibus indiuiduis ho-
minis; secūda autē agit de ali-
quo determinato indiuiduo ho-
minis, de quo in propositione
vniuersali fuerat sermo.

Obijcies quarto, istæ sunt cō-
tradictoriæ: *semper homo currit*
aliquando homo non currit; sed
sunt simul veræ, dato quod tan-
tūm sint duo homines, & vno
currente alter sedeat ergo. Res-
pondetur, non esse contradic-
torias, cum subiectum non sit be-
nè distributū sed cōtradictoria
primæ propositionis est hæc, *ali-*
quando nullus homo currit, ter-
minus enim *homo* debet esse ple-
nè distributus, & secūde propo-
sitionis contradictoria hæc est:
semper omnis homo currit, qua-
rum vna vera est, & altera falsa.

Aduertē, aliam esse rationē
de terminis affectis signis nega-
tiuis, ac de affectis affirmatiuis,
vt cognoscat an fiat plena dis-
tributio vel non? Nam cum ne-
gationes sint malignantis natu-
ræ, non solūm distribuunt suū
Synecategorema, sed etiam om-
nes alios terminos subsequētes
at verò signa affirmatiua tantūm

distribuunt Synecategorema in-
se inclusum. Quare istæ: *nūquā*
homo currit, aliquādo homo cur-
rit, sunt cōtradictoriæ, quia in
prima fit plena distributio ter-
mini *homo* per signū *nūquam*,
& sic necesse non est quod in
secūda distribuatur. At verò
in alia propositione *semper ho-*
mo currit cum terminus nō dis-
tribuatur sufficienter per signū
semper necesse est quod in eius
contradictoria distribuatur per
signum negatiuum *nullus*, & sic
contradictoria erit, aliquando
nullus homo currit.

Ob. 5. istæ sunt cōtradictoriæ
in hoc flumine sunt pisces, & in
hoc flumine non sunt pisces; & ve-
ræ, nam in hoc flumine sunt nō
pisces, cū sint lapides: ergo non
sunt pisces. Resp. esse contradi-
ctorias, & secūdā esse falsā; quia
in propositione negativa termi-
nus *pisces* distribuitur ratione
signi vniuersalis negatiui omnia
distribuētis; quæ postea inuenit,
& æquiualeat huic, *in hoc flumine*
nulli sūt pisces, quæ falsa est, quia
supponimus in flumine esse ali-
quos pisces. Ad prob. nego cōte-
quentiā, nā est verū antecedens
quia in flumine sūt aliqua entia
quæ non sūt pisces scilicet lapi-
des, ex quo nō licet iofferre: er-
go in hoc flumine nulla entia sūt
pisces, quia est arguere à deter-

DISPUTATIO V.

nata ad distributivam suppositionem, nam idem est, in hoc flumine non sunt pisces, ac dicere nulli sunt pisces.

Obijcies sexto: istæ sunt contradictoriæ, *omne album aliqua albedine est album, aliquod albū aliqua albedine, nō est album, & hæc, omnis hominis alter oculus est dexter, alicuius hominis alter oculus non est dexter*. Similiter istæ, *omnis homo servans mandatum Dei saluabitur, aliquis homo servans aliquod mandatum Dei non saluabitur*. Etiam hæc, *omne animal fuit in arca Noe, aliquod animal non fuit in arca Noe*. Tandem istæ, *omnes Apostoli Dei sunt duodecim, non omnes Apostoli Dei sunt duodecim*. Et tamē sunt omnes veræ: ergo.

Respondetur, ad primum cū complutensibus, ly *aliqua albedine* se tenere ex parte prædicationi quod in prima propositione affirmatur de subiecto, & ideo in secunda debet negari. Quod ut fiat postponendum est negationi sic: *aliquod album nō aliqua albedine est album*, qua ratione est falsa, quia ratione negationis distribuitur ille casus obliquus, efficiēq; hunc sensum, *aliquod album nulla albedine est album*. Ad secundum dico quod ly *alter oculus* manet indistribu-

tus in utraque propositione, & ideo non sunt contradictoriæ; essent autem si in secunda diceretur non alter oculus, aut neuter oculus. Ad tertium dico nō esse illas contradictorias, quia ly *omnia mandata* in prima propositione supponit copulationem; & ideo ut esset oppositio erat servanda eadē suppositio in secunda, dicendo; aliquis homo servans omne mandatum, &c. Ad quartum dico variari oppositionem de incompleta ad incompletam, & sic non manet contradictio. Ad quintum dico non esse contradictorias propter variationem suppositionis à collectiva ad indeterminatā: istæ ergo sunt contradictoriæ, *omnes Apostoli Dei sunt duodecim: omnes Apostoli Dei non sunt duodecim*. Per quod ad alia similia argumenta potest fieri satis attendendo an varietur suppositio, appellatio, ampliatio, aut restrictio, & alia similia quæ ad oppositionem requiruntur.

Obijcies septimo, contra secundam legem: istæ sunt contrariæ *cuiusvis hominis alter oculus est dexter, cuiusvis hominis alter oculus non est dexter*; sed sunt simul veræ, nam si omnes homines duos oculos habeant, & in enunciatione aiente, nomi-

ne alterius oculi intelligatur dexter, & in negante sinister, ambæ sunt veræ. Respondetur non esse contrarias ex defectu legis earum, quia ly *oculus* in utraque summitur in particula *ri*, nam *alter* est signum particulare, & in contrariis debet esse vniuersale, & ita istæ sunt contrariæ: cuiusque hominis alter oculus est dexter, & nullius hominis alter oculus est dexter, tunc in negante oculus summitur in vniuersum, ratione signi *nullius*, quod vniuersale est, & sic ambæ non sunt veræ, negas enim falsa est.

Obijcies vltimo, contra tertiam legem: *aliquis homo est omne animal, aliquis homo non est animal*, sūt subcōtrariæ & simul falsæ: ergo Respondetur nō esse sub contrarias, licet esse videantur, quia ly *animal* in utraque summitur vniuersæ, & sic ex parte prædicati sūt cōtrariæ.

CONTROVER. II.

De æquipollentia propositionum absolutarum.

Æquipollentia idem est quod æquivalentia; diffinitur autem sic: est duarum propositionum, vtroque extremo,

& eodem ordine constantium vis eadem, à diuersis signis proueniens. Vnde propositiones æquipollentes se mutuo inferunt. Aduertè particulam *non* hanc vim habere, vt quidquid post se inuenit destruat, ita vt propositionem affirmatiuā reddat negatiuam, & hanc affirmatiuā, vniuersalem reddat particulare, & è cōtra. Vt ergo propositiones oppositæ reddantur æquipollētes tres regulæ sūt obseruandæ hoc carmine contēte.

Præcontradic, post contra, præ post que sub alter.

Sic prima regula *præcontradic*, idest particula nō sūpra neganter, & posita ante subiectū facit contradictoriam alteri cōtradictoriæ æquipollere, v.g. *omnis homo est albus*, si ante subiectum *homo* ponatur particula *non* dicendo non omnis homo est albus, æquualet huic: *aliquis homo nō est albus*. Secūda *post contra* idest si particula *non* ponatur post subiectū facit contrariam æquipollere alteri contrariæ v. g. *omnis homo currit*, si post ponatur nō dicēdo *omnis homo nō currit* æquualet huic *nullus homo currit*, quæ est contraria primæ. Tercia, *præpostq;* *subalter*, idest si ante, & post subiectū ponatur negatio facit subalternam

DISPVATIO V.

alternam æquipollere alterni
subalternæ, v. g. *omnis homo cur-
rit*, si dicamus *non omnis homo
non currit* æquiualeat huic *ali-*

quis homo currit, quæ est subal-
ternata primæ. Æquipollentia
verò linguarum his versibus cō-
tinetur.

Non omnis, quidam non,
Omnis non, quasi nullus,
Non nullus, quidam
Sed nullus nō, valet omnis

Non aliquis, nullus,
Non quidā non, valet omnis
Non alter, neuter
Neuter non, præstat vterq;

Controuertitur num sub cō-
trariæ æquipollegant? Videtur
quod non, nā si alicui sub cōtra-
riæ præponatur negatio æqui-
pollet suæ cōtradictoriæ vniuer-
sali, & si posponatur affirmatiue
non æquipollet neganti, sed est
eadē pœnitus, etiā voce, si post-
ponatur, & ante ponatur sub cō-
trariæ cuiuslibet, æquipollet sub
alternæ vniuersali: nullo ergo
modo æquipollēt sub cōtrariæ.

Dico tamen quod licet me-
dia dictione, *non*, nequeant sub
contrariæ æquipollere; bene ta-
men media dictione *nullum*, &
ita si huic aliquis homo est ani-
mal postponatur *nullum* dicen-
do *aliquis homo nullum est ani-
mal*, æquiualeat huic *aliquis ho-
mo non est animal*, quæ est alte-
ra subcōtraria. Similiter si huic
aliquis homo nō est animal post-
ponatur *nullum*: dicēdo *aliquis
homo nō nullū est animal* æquiu-
ales huic, *aliquis homo est animal*.

Obijcies probans negationē
nō destruere quidquid post se
inuenit. Hæc enuntiatio *homo
qui non erat albus est albus* est
affirmans; sed ante omnia ver-
ba ponitur negatio. Responde-
tur intelligi proloquium, quan-
do negatio non est pars subie-
cti, hic autem talis pars est, cum
totum hoc. *Homo qui non erat
albus* sit subiectū. Aduertē hoc
proloquiū, scilicet quod pares
negationes affirmant, impares
verò negant, intelligi quando
negatio habet vim reddēdi pro-
positionem negatiuā; non verò
quando infinitat, aut est pars su-
biecti.

CONTROVER. III.

*De conuersione propositionum
absolutarum.*

Conuersio est commutatio
vnius propositionis in aliā
mutando

mutatio predicatū in subiectum, & subiectum in predicatum seruata tamen eadē qualitate essentiali & eadem veritate. Propositio quæ mutatur in aliam dicitur conuersa; illa verò in quam mutatur appellatur cōuertens v.g. nullus homo est lapis : ergo nullus lapis est homo.

Triplex est cōuersio, simplex quæ est transmutatio extremorū propositionis manente eadē quantitate, & qualitate. Sic conuertuntur vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua v.g. nullus homo est lapis, nullus lapis est homo, aliquis homo est animal aliquod animal est homo. Per accidens, quæ est transmutatio ex-

remorum propositionis mutata quantitate non verò qualitate. Sic conuertuntur vniuersalis negatiua, & vniuersalis affirmatiua v.g. omnis homo est animal, aliquod animal est homo : nullus homo est lapis, nullus lapis est homo. Per contra positionem, quæ est mutatio extremorū propositionis seruata eadem quantitate, & qualitate; mutatis tamen terminis finitis in infinitos. Sic cōuertuntur vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua, v.g. omnis homo est animal: omne nō animal est nō homo. Angelus, nō est homo; nō homo non est Angelus, quæ cōuersiones in his carminibus continentur.

Simpliciter Feci, conuertitur Eua per accidens

Asto per contra: sic fit conuersio tota.

Aduertè, *A*, significare vniuersalem affirmatiuam, *E*, vniuersalem negatiuam, *I*, parti-

cularem affirmatiuam, *O*, particularem negatiuam, quæ declaratio his continetur versibus.

Afferit, *A*, negat, *E*, sunt vniuersaliter ambo,

Afferit, *I*, negat, *O*, sunt particulariter ambo.

Igitur *Feci* continet duas vocales, *e*, & *i*, significantes quod vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua conuertuntur simpliciter. *Eua* continet alias duas significantes quod vniuersalis, tam affirmatiua, quam ne-

gatiua conuertitur per accidens. Asto habet etiam duas significantes quod vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua cōuertuntur per cōtra positionē.

Aduertè, quod vt cōuersio sit bona debet seruari omnes pre-

prieta-

DISPVATIO V.

prietates Logicales terminorū inconuertente, quę erant in cōuersa; scilicet eadem suppositio appellatio, &c. Deinde integrū prædicarum debet effici integrum subiectum, alias non erit bona conuersio, v.g. *aliquis Magister docet Discipulū*, si cōuertatur sic, *aliquis Discipulus docet Magistrū*. In super si dicas *aliquis piscis est in fluuio*, *aliquis fluuius est in pisce*. Debēt enim sic cōverti *aliquis docēs Discipulū est Magister*; *aliquod existens in fluuio est piscis*. Excipe tamē à proprietatibus suppositionē proveniētē à signis, nā defectu ampliacionis: non valet senex fuit puer: ergo puer fuit senex, sed quod fuit puer, est vel fuit senex. Similiter ob idem non valet homo est nomen: ergo nomen est homo.

Circa propositiones in quibus est aliquis terminus singularis obteruahas regulas. Prima est: propositio de utroque extremo singulari, tam affirmatiua, quam negatiua cōuertitur simpliciter, v.g. *Petrus est hic Philosophus*; *hic Philosophus est Petrus*. *Petrus non est hic Philosophus*; *hic Philosophus non est Petrus*. Secūda, propositio de subiecto singulari, & prædicato communi si sit affirmatiua conuertitur

in particularem, v.g. *Petrus est homo*, *aliquis homo est Petrus*. Negatiua conuertitur tum in particularem, tum in vniuersalem, v.g. *Petrus non est lapis*, *aliquis lapis non est Petrus*; vel *lapis non est Petrus*. Tertia, propositio de subiecto vniuersali, & prædicato singulari, siue affirmatiua, siue negatiua conuertitur simpliciter, v.g. *homo est Plato*, *Plato est homo*; *lapis non est Plato*, *Plato non est lapis*. Quarta, propositio de subiecto particulari, & prædicato singulari affirmatiua conuertitur simpliciter, v.g. *aliquis homo est Petrus*; *Petrus est aliquis homo*. Negatiua non conuertitur, quia dabitur antecedens verū, & cōsequens falsum, v.g. *quidam homo non est Petrus*, *Petrus non est quidam homo*.

Obijcies contra secundam regulam circa propositionem de subiecto singulari, & de prædicato communi; hæc est vera: *Deus factus est homo*, & hæc cōuertens, falsa, *homo factus est Deus*. Respondetur, sic debere converti *Deus factus est homo*, id quod factū est homo est De⁹.

CONTROVER. IIII.

De oppositione propositionum modalium.

Aduertē

Aduertè, quod iam supra notauimus; *neceſſe* & *impoſſibile* eſſe ſigna vniuerſalia, & per conſequens propoſitiones vniuerſales conſtituere, etiam ſi conſtèt ex dictis particularibus; ſimpliciter enim de nomi-

nationem capiunt propoſitiones modales à modis, licet ſecti dùm quid à dictis. Similiter *poſſibile*; *poſſibile non* ſunt ſigna particularia, & ita propoſitiones particulares conſtituūt, quæ omnia his carminibus continētur.

Omnis *neceſſe* valet, *impoſſibile* nullus,
Poſſibile quidam, quidam non, *poſſibile non*.

Aduertè, etiam *neceſſe* & *impoſſibile* opponi contrariæ, *poſſibile*, & *poſſibile non* ſubcontrariæ, *neceſſe*, & *poſſibile non* contradicторiæ; ſicut *impoſſibile* & *po*

ſſibile, *neceſſe*, & *poſſibile* cū dicto affirmatiuo ſubalterne; ſicut *impoſſibile* & *poſſibile*, hoc cum dicto negatiuo; vt patet in hac tabula.

Neceſſe eſt Pe-
 trum currere.

Contrariæ.

Impoſſibile eſt
 Petrum currere

Subalterne.

Contra-

dictoriæ.

Contra-

dictoriæ.

Subalterne.

Poſſibile eſt Pe-
 trum currere.

Subcontrariæ.

Poſſibile eſt Pe-
 trum nō currere.

Ratio horum eſt, quia propoſitiones affirmatiuæ ex *neceſſe* & *impoſſibile* nequeūt eſſe ſimul veræ, benè tamen ſimul fallæ, & ideo meritò contrariæ appe- lantur cum hanc legem pro cō- trarijs propoſitionum abſoluta- rum aſignauerimus. Propoſicio- nes modi poſſibilis, quarū vna conſtat dicto negato, & alia af-

firmato, poſſunt aliquando eſſe veræ, & ideo ſub contrariæ ap- pellantur; qua probatione in reliquis etiā propoſitionibus fa- cile quis vti valebit.

Aduerterim ni fallor: oppo- ſitionem poſſe reperiri & inter propoſitiones factas in diuer- ſis modis, v.g. *neceſſe*, & *impoſſi- bile*, vel ſolū inter propoſitio-

DISPUTATIO V.

nes factas in eodem modo. v. g. necesse. Hoc animaduerso non implicabimur dubijs. Exemplū primi sit tabula superius & super exarata; ibi enim omnia oppositionum genera inter propositiones in diuersis modis conspiciemus clarè.

Pro secundo sit prima regula. Tunc propositiones in modo necesse sunt contrariæ quando habent modum affirmatiuum, dictum verò in vna affirmans & in altera negans. Tunc sunt subcontrariæ quando habent modum negatum; dictum verò in vna negans, & in altera affir-

mans. Tunc sunt contradictoriæ, quando habent vel dictum affirmans, & modum in vna affirmatum, & in altera negatum vel dictum negans & modum in vna affirmatum, & in altera negatum. Tunc sunt subalternæ, quando habent; modum, & dictum negatum superponitur habens modum, & dictum affirmatum, vel habenti modum negatum, & dictum affirmatum, superponitur habens modum affirmatum & dictum negatum. Idem de modo, impossibile. Claubunt omnia sequentibus tabulis.

Necesse est Petrum esse album.

Necesse est Petrum non esse album.

Subalternæ

Contrariæ
Contra
dictoriæ

Subalternæ

Non est necesse Petrum non esse album.

Subcontrariæ

Non est necesse Petrum esse album

Impossibile

Imp ossibile est Petrum
esse album.

Contrariæ

Impossibile est Pe-
trū non esse album

Subalternæ

Contra

dictoriæ

Subalternæ

Contra

dictoriæ

Non est impossibile Pe-
trum non esse album.

Subcontrariæ

Nó est impossibile
Petrū esse album.

Secunda regula tunc in mo-
do possibili propositiones sunt
contrariæ quando habent mo-
dum negatum, dictum verò in
vna affirmatum & altera nega-
tum: tunc sunt sub contrariæ,
quando habet modum affirma-
tum, & dictum in vna negatum
& in altera affirmatum. Tunc

sunt contradictoriæ, vel quādo
dictum habent affirmatum, mo-
dum verò in vna affirmatum,
& in altera negatum, vel dictū
negatum, & modum in vna ne-
gatum, & in altera affirmatum,
sub alternæ ex dictis colligun-
tur, quæ omnia in sequenti ta-
bula conspiciemus.

Non est possibile Pe-
trum esse album.

Contrariæ

Non est possibile Pe-
trum non esse album.

Subalternæ

Contra

dictoriæ

Subalternæ

Contra

dictoriæ

Possibile est Petrum
non esse album.

Subcontrariæ

Possibile est Petrum
esse album.

Quomodo autem oppositio
reperiatur inter ista vocabula.
Purpurea, Illiace. Amabim us.

Edentuli, infra cum equipo-
llentiam a signabimus consta-
bit.

DISPVATIO V.

Aduertè primò, quòd cum dicitur contrarias, & subcontra-
rias non posse esse ambas affir-
matiuas, aut negatiuas, intelli-
gitur solùm in propositionibus
absolutis nam in modalibus cõ-
trariùm cõtingit, vt patebit pri-
mam tabulam inspicienti: Secũ-
dò, quòd vt fiat oppositio in
modalibus diuisis debet muta-
ri quantitas modorum; ita vt
in vna sit vniuersalis, & in altera
particularis, v.g. *Petrus necessariò
est homo*, contradictoria est
Petrus possibiliter non est homo.
Quando verò ex subiecto com-
muni mutatur quantitas *dicti*,
v.g. *omnis homo necessariò est
animal*, contradictoria est: ali-
quis homo possibiliter non est
animal.

CONTROVER. V.

*De equipollentia propositionum
modalium.*

PRO hoc memoria tene ver-
ficulum illum, *e*, dictum ne-
gat, *i* q; totum, nihil, *a*, sed, *u*,
totum *a*, significat propo-
sitionem affirmatiuam de modo, &
dicto, *u*, negatiuam de modo, &
dicto, *e*, affirmatiuam de modo,
& negatiuam de dicto, *i*, nega-
tiuam de modo, & affirmatiuam

de dicto. Vt autè quomodo sic
fiat propositiones modales equi-
pollentes, quatuor inuētæ sunt
figuræ. Prima, vocatur Amabi-
mus. Secunda, Edetuli. Tertia,
Illiacæ. Quarta, Purpurea. In
qualibet harum, datur quatuor
vocales, quælibet significat pro-
positionem affirmatiuam, & ne-
gatiuam, iuxta factam explica-
tionem. In qualibet figura pri-
ma propositio est de *possibile*,
secunda, de *contingens*, tertia, de
impossibile, quarta, de *necessse*.

Aduertè quod licet Amabi-
mus sit prima figura, in enume-
ratione in tabulis statim sub-
scribendis nõ ponitur primò lo-
co, quia tales tabulæ collocan-
tur, ita vt simul videatur oppo-
sitio propositionum vnius & al-
terius figuræ. Ad quam consti-
tuuntur quatuor tabulæ in qua-
tuor angulis. In primò ponuntur
quatuor modales correspondē-
tes, quartæ figuræ quæ est Pur-
purea, quia hæc est subalternās
respectu Amabimus, & ideo su-
pra illam ponitur. In alio angu-
lo huic correspondēte ponuntur
aliæ quatuor propositiones cor-
respondentis literis tertiæ figu-
ræ. In alio angulo infra quartā
figuram ponuntur aliæ quatuor
propositiones iuxta quatuor li-
teras repertas in prima figura,
quæ

quæ dicitur Amabimus. In alio angulo huic correspondente ponuntur aliæ quatuor propositiones iuxta literas repertas in secunda figura, quæ est Edētuli.

Omnes propositiones cuiuscumq; figure sunt inter se æquipollentes. Propositiones quartæ figuræ quæ est Purpurea contradicunt propositionibus secun-

dæ, quæ est Edētuli. Propositiones tertiæ, quæ est Illiace contradicunt propositionibus primæ, quæ est Amabimus. Purpurea, & Illiace sunt contraria. Amabimus, & Edētuli subcontraria. Amabimus subalternatur Purpureæ. Edētuli subalternatur Illiace, quæ omnia in his tabulis inspicere.

Æquipollentes.	
Pur	Non est possibile Petrū non currere.
pu	Non est contingēs Petrū non currere.
re	Impossibile est Petrum non currere.
a.	Necesse est Petrū currere.

Subalternæ

Contrariæ

Æquipollentes.	
Non est possibile Petrum currere.	I
Non est contingēs Petrum currere.	li
Impossibile est Petrum currere.	a
Necesse est Petrū non currere.	ce.

Subalternæ

Contradictoriæ

A	Possibile est Petrum currere.
ma	Contingens est Petrum currere.
bi	Nō est impossibile Petrum currere.
mus	Non est necesse Petrum non currere.
Æquipollentes.	

Subcontrariæ

Possibile est Petrū non currere.	E
Contingens est Petrum non currere.	den
Nō est impossibile Petrū nō currere.	tu
Non necesse est Petrum currere.	li.
Æquipollentes.	

DISPUTATIO V.

Sed facilius poteris æquipollentias explicare. Primò in modis *possibile*, & *impossibile*. Propositiones quidem in istis æquipollent, si vtriusq; dictam sit

affirmatiuum, aut vtriusque negatiuum; modus verò in vna affirmatur, & in alia negatur: claret in sequenti tabula.

Petrum stare est possibile,
Petrum non stare est possibile,
Petrum stare non est possibile,
Petrū nō stare nō est possibile,

Petrū stare nō est impossibile;
Petrū nō stare nō est impossibile;
Petrum stare est impossibile,
Petrū nō stare est impossibile,

In modis *impossibile* & *nece*
ssè æquipollēt dicto dissimiliter
se habente, & modo se habente

similiter; vt clarescit in tabula
sequenti,

Petrum stare est impossibile,
Petrū nō stare est impossibile,
Petrū stare non est impossibile,
Petrū nō stare nō est impossibile

Petrum non stare est necesse;
Petrum stare est necesse,
Petrū nō stare non est necesse;
Petrum stare non est necesse,

In modis *possibile* & *nece*
æquipollent si tam dicto quam

modo discrepent, vt in sequen-
ti pateſcet tabula.

Petrum stare est possibile,
Petrū nō stare est possibile,
Petrū stare non est possibile,
Petrū nō stare nō est possibile

Petrum nō stare nō est necesse;
Petrum stare non est necesse,
Petrum non stare est necesse,
Petrum stare est necesse,

Hactenus de modalibus cō-
stantibus dicto singulari. Pro cō-
stantibus autem dicto communi
aduertè; quod vt oppositio &
æquipollentia sine errore fiant
dictam propositionis de *neceſſe*
in quocunq; rotulo non de-
bet habere eandem quantita-

tem, ac aliæ tres propositiones
habent; sed si dictum aliatū est
particulare, dictum propoſitio-
nis de *neceſſe* sit vniuerſale vel
ē contra, alias in rotulis contra
dictorijſ dabuntur duæ contra
dictoriæ ſimul veræ vt ſi in Pur-
purea & Edentuli, dicatur ne-
ceſſe

cesse est aliquod animal esse hominem, possibile est aliquod animal non esse hominem; si verò in altera mutetur *dicti* quantitas iam una erit vera, & altera falsa, ut si dicatur necesse est omne animal esse hominem: possibile est aliquod animal non esse hominem.

Aduerte etiam *cōtingens* esse idem, quod *possibile*, non verò illud quod potest esse, vel non esse; alioqui possent dari propositiones in figura Anabimus, quæ non essent æquipollentes, sed quædam veræ, & aliæ falsæ: si *dictum* in illis est de materia necessaria, v.g. aliquem hominem esse animal est possibile, aliquem hominem esse animal est contingens, aliquem hominem esse animal non est impossibile, nullum hominem esse animal, non est necesse: ecce quomodo istæ omnes non æquipollerent, si cōtingens in secundo sensu sumeretur, nam posteriores sunt veræ, & priores falsæ in secundo sensu.

CONTROVER. VI.

De conuersione propositionum modalium.

ADuerte, memoria retinendos fore versiculos illos *simpliciter scilicet*, &c. quorum explanationem iam pro conuersione propositionum absolutarum retuli

mus. Itaq; sic prima regula generalis, & facilis: debere fieri conuersionem iuxta exigentiam dicti in omnibus modis; ita ut sicut iuxta correspondentiam propositionum absolutarum ad illas literas *a, e, i, o*, fit conuersio earum sic secundum correspondentiam *dicti*, ad easdem literas fiet conuersio modalium.

Ut autem hæc clareat exigentia. Dico quod sicut in absolutis propositio vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua conuertuntur per accidens; ut denotat ly *conuertitur Eua per accidens*: sic in præsentibus illæ propositiones modales conuertuntur per accidens in quolibet modo, siue affirmato, siue negato, quarum *dictum* est vniuersale affirmatiuum, vel negatiuum.

Et sicut in absolutis vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua conuertuntur simpliciter; ut denotat ly *simpliciter Ect*: sic illæ propositiones modales conuertuntur simpliciter etiã in quolibet modo: siue negato, siue affirmato in quibus *dictum* est vniuersale negatiuum, vel particulare affirmatiuum.

Et etiam sicut in absolutis vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua conuertuntur per contrapositionem;

DISPVATIO V.

vt denotat, ly *Asto per contra*: sic hic illæ modales hac cōuersione cōuertūtur in quolibet modo, siue negato, siue affirmato in quibus *dictum* est vniuersale affirmatiuum, vel particulare ne-

gatiuum. Clarebunt omnia (qui busdam, excipendis infra, exceptis) sequenti tabula in modo *necesse*, ex quo in alios modos eadem via quis valebit pergere.

Necesse est aliquod animal esse hominem.

Simp. Necesse est nullum hominem esse lapidem.

Necesse est omnem hominem esse animal.

Perac. Necesse est nullum hominem esse lapidem.

Necesse est aliquem hominem non esse lapidem.

Perco. Necesse est omnem hominem esse animal.

Necesse est aliquem hominem esse animal.

Necesse est nullum lapidem esse hominem.

Necesse est aliquod animal esse hominem.

Necesse est aliquem lapidem non esse hominem.

Necesse est aliquem non lapidem non esse non hominem.

Necesse est omne non animal esse non hominem.

Haecenus in modo *necesse* affirmato: vt autem fiant conuersiones in eodem modo negato, nihil adimes, nec addes, nisi solam negationem, non eandem etiā formā seruabis in propositionibus aliorum modorū.

Excipe in modo *necesse* negato illas propositiones, quæ deberēt conuerti per accidens iuxta regulam traditam, v. g. hæc propositio: *non est necesse omnem animal esse hominē*, deberet cōuerti per accidens, quia in illa dictum est vniuersale affirmatiuum in hanc aliam, *non est necesse aliquem hominem esse animal*, quæ est falsa, & aduer- sam conuersionem veritas in-

utraque propositione requiritur. Excipe etiam propositiones, quæ deberent conuerti per accidens iuxta regulam traditam in modo *impossibile* affirmato, v. g. hæc *impossibile est omne animal esse hominem*, deberet conuerti per accidens, quia in ea dictum est vniuersale affirmatum in hanc *impossibile est aliquem hominem esse animal*. Conuertes ergo per contra positionem, has duas propositiones, primam in hanc, *non est necesse omnem non hominem esse non animal*, & secundam in hanc: *impossibile est omne non hominē esse non animal*, nec alia conuersione in eis vii valebis.

CONTROVERSIA VLT.

37

Obijcies probās propositiones modi *neceſſe* affirmati non conuerti iuxta exigentiam dicti: Hæc eſt vera: *neceſſe eſt omnem hominem albū eſſe animal*, & hæc fallā: *neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem albū*. Hęc etiam eſt vera: *omnis creans neceſſario eſt Deus*, & hæc fallā, *aliquis Deus neceſſario erat*. Hęc quoq; eſt vera: *omne ridēs actu neceſſario eſt homo*, & hæc fallā, *aliquis homo neceſſario ridet actu*. Hęc tādē eſt vera: *neceſſe eſt omnem Grammaticū eſſe hominem*, & hæc fallā neceſſe eſt aliquem hominem eſſe Grammaticū.

Reſpondetur nullam ex dictis conuerſionibus bonam eſſe, quia in conuerſione eadē ſignificatio vocabulorū eſt ſeruanda, quæ in allatis exemplis neutiſquā ſeruatur. Nam in illa *omnis homo albus eſt animal*, ly eſt ſignificat eſſentiam non exiſtentiā, & in alia dicit exiſtentiā, non eſſentiam, vel dic pro poſitiones modi *neceſſe* conuerti in pro poſitiones modi *poſſibile* v.g. *neceſſe eſt omne ridentem actu*, eſſe hominem cōuertitur in hāc: *poſſibile eſt aliquem hominem eſſe ridentem actu*,

CONTRouer. VLT.

De pro poſitionibus exponibilibus.

Pro poſitio exponibilis eſt quæ ratione alicuius in te incluſi obſcurum habet ſenſum & ideo eget expoſitione quæ ſit per aliam clariorem quæ exponens nuncupatur. Prima pro poſitio exponibilis eſt excluſiua, quæ modificatur dictione excluſiua *tantum dū taxat &c.* Aduerte quod ſi hæc dictio ſubiecto apponatur, modificat totam pro poſitionem, eamq; efficit abſolutē excluſiuam, exclu ditq; à participatione prædicati reliqua ſubiecta. v.g. *tantum homo eſt riſibilis*, ſic exponitur *homo eſt riſibilis*, & nihil ab homine diſtinctū eſt riſibile. Si verò coniugatur prædicato vocatur pro poſitio de excluſo extremo & à ſubiecto excludit reliqua prædicata. v.g. *homo eſt tantum animal*: exponitur ſic: *homo eſt animal*, & homo nō eſt aliquid aliud.

Secūda eſt quæ afficitur particula exceptiua *preter &c.* v.g. *omne animal præter hominē eſt irrationale*, quæ ſic exponitur *omne animal excepto homine eſt irrationale*, vel per copu

DISPUTATIO VI.

lam implicationis, omne animal quod non est homo, est irrationale. Tertia est, quæ duplicatū habet subiectum, vel prædicatū ratione alicuius particulæ duplicantis, quæ est *ut, in quantū, quatenus, qua ratione, secundū quod &c.* quæ summuntur reduplicatiuè quando reduplicant causam ob quam prædicatū cōuenit subiecto: v.g. *homo in quantū rationalis est risibilis*, quæ sic exponitur, quia homo est rationalis est risibilis. Summuntur

specificatiuè quando reduplicant rationem formalem, cui adæquate conuenit prædicatum; quæ tamen non est causa eius, v.g. *color in quantum color est obiectum visus*, in qua nō significatur causa sed natura, & species cui conuenit adæquate prædicatum, & exponitur sic, si est color est obiectum visus. Vnde propositio reduplicatiua semper cadit supra rationē formalem, non materialem.

DISPUTATIO SEXTA,

De modo sciendi.

CONTROVER. I. *Quid & quotuplex sit modus sciendi.*

Modus sciendi est oratio ignoti manifestatiua. Dicitur oratio quia admodum sciendi requiruntur plures partes. Dicitur ignoti manifestatiua quia per modum sciendi explicatur id quod videbatur ignotum, aut saltem id quod nō erat iam perfectè notū, clarius per aliud ignotescit, v.g. *animal rationale* est modus sciendi, quia clarè, & explicitè explicat, quod implicite, seu non ita clarè representabatur per hominem.

Per modum sciendi non intelligimus modum quo acquiritur scientia, sed quo aliquid ingotum manifestatur, & idè potius dicitur modus differendi: diuiditur modus sciendi in definitionem, diuisionem, & argumentationem.

Obijcies primò contra definitionem modi sciendi: qui explicaret ignorantem significationem huius vocis græcè *logos*, dicendo quod idem est quod sermo manifestaret ignotum ante quā proferretur, & nō est modus

dus sciendi: ergo. Secundò mul-
 ti ita clarè agnoscunt naturam
 hominis, ut per animal rationa-
 le ignotum illis non manifeste-
 tur: ergo animal rationale non
 erit modus sciendi. Respondetur,
 distingo maiorem manifestaret
 ignotum per accidens cō-
 cedo, per se nego. Ratio est quia
 æque obstruse repræsentatur na-
 tura sermonis per hanc vocem
sermo, ac per aliam *logos* si ha-
 beatur ratio vocum secundum
 se. Quod autem ignorantibus lin-
 guam græcam clarius explicet
 naturam sermonis vox *sermo*,
 quam vox *logos* per accidens
 se habet. Ad primam confirma-
 tionem dico illam vocem non
 esse orationem, & ideo non es-
 se modum sciendi, vel nimis ob-
 scurè manifestare ideoque improprie
 modum sciendi esse. Ad se-
 cundam dico animal rationale
 ex se esse ignoti manifestatiuū
 eius quod implicite repræsen-
 tabatur per vocem *homo*, per ac-
 cidens autem se habet quod de
 facto non manifestet: sicut dici-
 tur lumen facis accensæ de se
 habere vim ad illuminandum
 aerem, licet aliquando contin-
 gat aerem aliud de habere ma-
 iorem lucem, unde sequatur à
 lumine facis non illuminari.

Obsecundò, cōtra diuisionē

modi sciendi. Propositio est mo-
 dus sciendi: ergo insufficienter
 fuit diuisus. Probatur antecede-
 dens, nam si ignorantibus naturam
 humanam dicatur hæc propo-
 sitio, *homo est animal rationale*
 manifestatur illi aliquid igno-
 tum scilicet prædicatum, & sub-
 iectū, quæ in homine cognos-
 cuntur confusè. Respondetur
 quod propositio ex se solū est
 enuntiatio vnius de alio, & non
 adfert rem notiorē per quā
 manifestetur ignotum, sed so-
 lū manifestat formam, quæ
 prædicatur de subiecto, sicut
 quilibet actus intellectus mani-
 festat suum obiectum. Quod si
 Arist. illam appellauerit instru-
 mentum sciendi, intelligitur
 prout est vna cū argumētatione
 quod si in secunda operatione
 possit intellectus errare ad quā
 datur propositio sufficiunt præ-
 cepta tradita ab Arist. in lib. de
 interpretatione de modo faciē-
 di propositionem, nec ob hoc
 est modus sciendi quia ad hūc
 requiritur quod habeat plures
 dictiones cōiunctas aliam rem
 manifestantes complexe.

CONTROVER II.

Quid & quotuplex sit definitio.

DISPUTATIO VI.

Definitio dicitur a definiendo sumpta metaphora à modo quo fines agrorum ipsos finiunt, & ab alijs secernunt.

Quæ duplex est rei, & nominis; rei sic definitur ab Aristot. 2. post c. 10. *est oratio ipsum quid, quid est manifestans*, vel aliter, *est oratio explicans naturam rei*. Est bona cum constet ex genere, & differentia, nam *oratio* est genus, quia est ratio conveniendi cum alijs orationibus, & per reliqua secernitur ab illis. Definitio nominis *est oratio explicans naturam nominis*, quæ idem est ac ethymologia; ut lapis qui dicitur a lædendo pedem, vel si dicas homo est vox significans naturam humanam.

Aduerte, definitionem debere esse orationem perfectam, quia debet affirmare terminos declarantes essentiam rei de ipsa re declarata, nam definitio non est actualis, & in actu exercito, nisi quatenus applicatur definitioni, applicatur autem per orationem perfectam, v. g. Dicendo homo est animal rationale, & ideo *animal rationale* seorsim non est actualis definitio, & in actu secundo, sed quasi in actu primo. Nec sequitur definitionem esse propositionem. Quia licet in hac definitione *homo est*

animal rationale, homo ponatur non tamen tanquam pars definitionis, sed tanquam id cui applicatur definitio, in propositione vero ponitur tanquam pars componens; utpote tanquam subiectum.

Duplex est definitio, una essentialis, quæ explicat essentiam rei per partes essentielles, v. g. *animal rationale*, & alia descriptiva, quæ explicat essentiam per proprias passionem, ut animal risibile. Definitio essentialis quid dicitur appellatur, quia apud Aristot. essentia rei appellatur quidquid rei, id est quidditas rei. Hæc potest tradi per partes essentielles Metaphisicas, scilicet genus, & differentiam, v. g. homo est animal rationale. Potest tradi per partes essentielles Physicas, scilicet materiam, & formam, dicendo homo est consistens ex corpore, & anima rationali. Quæ definitiones licet verbis videantur duæ; non tamen re, & significatione; sicut enim per diuersas vias ad eundem terminum peruenire possumus; sic etiam per diuersas definitiones eadem res potest cognosci,

Definitio alia est causalis, quæ est explicatio rei per suas causas, aut intrinsecas; ut dum dico
homo

homo est constans ex corpore, & anima, aut extrinsecas, vt cū assero: homo est factus à Deo in æternam beatitudinem ordinatus. Collige posse dari definitionem accidentalem quando differentia summitur ex aliquibus accidētibus communibus, quæ licet separatim sumpta cōueniant alijs, tamē simul sumpta soli definito cōueniunt, v.g. homo est animal pulehrum bipes, implume habens caput erectum.

Prima regula pro bona definitione; scilicet quòd definitio sit clarior suo definito. Secunda, quòd definitum non ingrediatur definitionem. Tertia, quòd nec sit superflua, nec diminuta, nam superflua cōfussio nem parit, & diminuta rei naturā adæquatè nō explicat. Quarta, quòd constet ex genere, & differentia, vel saltim suplembus vices eorum. Ratio est nam quælibet res habet aliquid cōmune cum alijs quòd vocatur genus, & aliquid sibi proprium quòd vocatur differentia, idè vtrunq; exprimendum est quādo res per definitionem explicatur. Quinta, quòd conuertatur cum definito, & è contra.

Obijcies primò, contra definitionem definitionis. Si defini

tio definiretur, vel per aliam definitionem, vel per se ipsam; nullo modo ergo. Probatur minor, non per aliam, nam sequeretur processus in infinitum; si quidem illa alia deberet per alteram definiri; nō per se ipsam, nam iam idem esset definitio, & definitum, atque adeo notius, & ignotius. Respondetur, nego minorem. Ad probationē dico definiri per aliam in hoc sensu, quòd definitio in communi, seu in actu signato, & confuso definiatur per quandam definitionem in particulari, & in actu exercito, & claro. Nec sequitur inconueniens allatum, quia quādo procedimus à quòd in quo, sistendū est in ipso quo.

Contra sequitur ex solutione definitionem per se ipsam definiri, nam hæc definitio particularis continetur in communi quam definitio: ergo iam hæc definitio particularis definit se ipsam. Ex quo sequitur quòd hæc definitio sit notior, & ignotior. Respondetur, nego absolute sequelam. Ad probationem distingo consequens, iam hæc definitio particularis, vt exercitata definit se ipsam, vt exercitam nego, hæc definitio, vt exercitata, & clara definit se ipsam, vt signatam, & confusam concedo.

DISPUTATIO VI.

Ad aliam sequelam distingo secundum eundem statum nempe exercitum & clarum, aut confusum & signatum nego, secundum diuersos status, scilicet notior secundum statum exercitum, & clarum, & ignotior secundum statum confusum, communem, & signatum, concedo, hoc autem non est inconueniens, imò est necessarium cum status ipsi has sibi proprietates appropriet.

Obijcies secundò, definitio definitionis conuenit diuisioni: ergo. Probatur antecedens nam diuisio explicat partes rei, sed partes rei sunt essentia illius ergo explicat essentiam rei. Firmatur hæc vox *homo*, explicat essentiam hominis, sed non est definitio: ergo definitio definitionis alijs ab ea conuenit. Respondetur nego antecedens. Ad probationem distingo maiorem: explicat partes rei illas componendo: sicut definitio nego, illas diuidendo concedo; hoc autem non sufficit ut explicet essentiam rei, nam cum hæc sit ipsæ partes, ut coniunctæ & has non sic explicet, ideo non explicat essentiam rei. Ad confirmationem distingo maiorem: explicat essentiam hominis per partes ut luce claræ in se ipsis nego, explicat essentiam homi-

nis per partes, ut confunduntur in toto concedo; primò autem modo definitio explicat essentiam, & ideo eius definitio huic voci *homo* non conuenit, & per consequens nec alijs ab illa.

Obijcies tertio, contra primam legem: unum relatum definitur per aliud, & unum non est notius alio: ergo. Respondetur primò, unum relatum non definiri per aliud sed ad aliud, & ideo ordo ad illud, per quod definitur sufficit quod sit notior. Secundò relatum positum in definitione alterius considerari primò ut terminans, & ut sic est notius, quia se habet ut actus, & sic ponitur in definitione, & secundò, ut refertur ad id quod definitur, & ut sic non est notius, nec in definitione ponitur. Tertio, intellegi legem quoad intrinseca, non quoad extrinseca in definitione. Quarto intellegi quando res habet notiora: non verò, quando non habet. Quinto excipia à lege relativa.

CONTROVER. III.

De definito.

Definitum est illud cuius natura per definitionem explicatur. v.g. in hac definitione *animal rationale* definitum est *homo*, quia per hanc definitionem eius natura explicatur. Definitum aliud est proximum, illud scilicet.

scilicet, cui proxime, & primario conuenit definitio, & aliud remotum, cui remotè & secundario definitio conuenit. Definitum ergo proximum erit, cui non conuenit definitio ratione alterius; remotum verò cui conuenit definitio ratione definiti proximi. v.g. *animal rationale* in qua definitione homo in cōmuni est definitum proximum & immediatum, Petrus verò & Paulus sunt definitum remotū, & mediatum, quia illis conuenit definitio ratione hominis, ideo enim Petrus est animal rationale, quia homo est animal rationale.

Ex quo reprobō sententiam Ocam & Soti afferentium definitum proximum esse nomen, & remotum esse res singulares significatas per tale nomen. Sic refello, nam hæc definitio *animal-rationale*, nō conuenit huic voci *homo*: ergo non poterit esse definitum. Probatur antecedens, quia nomē *homo* & vt significat naturam humanam, nec uiuit nec sentit nec ratiocinatur, quæ omnia significantur per hanc definitionem: *animal rationale*.

Improbo etiam sententiam Villalpandi dicentis definitum proximum in qualibet defini-

tione essentiali esse ipsam rem cuius natura declaratur, remotum verò esse rei proprietatē; in definitione verò descriptiua à contrario sensu. Refello primam partem, nam definitum remotum est cui conuenit definitio medio alio sed definitio essentialis non conuenit proprietati media essentia, nam antequam intelligatur passio definitur essentia, ergo tunc non definitur passio ratione essentia. Secunda pars etiam refellitur, nam hæc definitio *animal apertum* ad ridendum non competit homini nisi accidentaliter, ergo per illam definitur homo accidentaliter, sed non est accidens homini, nisi vt homo est: ergo non definitur, nisi vt homo: ergo non definitur homo ratione alterius, & ideo nō erit remotum definitum, cum nō definiatur ratione alterius, sed ratione ipsius quatenus homo est. Vnde tunc homo erit definitum proximum remotū verò risibile.

Aduertē definitum habere quasdam cōditiones. Prima est quod sit ens per se & ideo quod una res solam vnā definitionē habeat. Secūda quod sit vniuersale, quia singularia nequeunt definiri saltem definitione essentiali

DISPUTATIO VI.

sentiali, cum eorum differentias ignoremus, & ideo de definitione descriptiua solent definiri, vt definit Porphirius cap. de specie. Ea quæ veram essentialiam habent possunt definiri, ita vt pollentia propriè genere & differentia, propria gaudeat definitione, vt prædicamentorum species; non vero ita pollentia vt genera suprema, entia incompleta & Deus, nec rigorosa fruuntur definitione sed quadam descriptione. Duplex est via inueniendi definitionem. Prima, per diuisionem in qua primò inquirimus genus supremum rei definiendæ, & videmus in quo prædicamento talis res collocetur, & eam diuidimus per oppositas differentias, quovique perueniamus ad illud per quod differt ab alijs quod erit differentia posita cum illo in quo cõuenit cum alijs, & sic efficitur definitio. Secunda est per comparationem cum illis cum quibus cõuenit, & cum illis à quibus differt, Unde per syllogismum diuisionis ostensum potest definitio demonstrari dicendo: homo est animal nõ irrationale: ergo rationale, licet non per demonstrationem potissimã, qua ratione intelligitur Arist. 2. post cap. 5.

Aduertet etiam quod à definito ad definitionem, & è contra valet consequentia affirmatiuè, & negatiuè, vt est homo: ergo est animal rationale: est animal rationale: ergo est homo. Quidquid etiam prædicatur de definito prædicatur de definitione, & è contra. Quod intellige de prædicatis realibus, non verò rationis; non enim valet, definitio est modus sciendi: ergo etiam definitum. Nec similiter animal rationale est oratio: ergo homo est oratio.

CONTROVER. III.

Quid, & quotuplex sit diuisio.

Diuisio est, oratio distribuens totum aliquod in suas partes. Quæ bona est quia in illa genus est oratio, & reliqua differentia. Nota summi hic diuisionem pro mentali, qua intellectus per suos actus diuidit rem in suas partes. v.g. quãdo diuidimus hominem dicendo homo alius est Petrus, & alius est Paulus. Diuisio est quælibet res quæ per intellectum in plures partes potest secari. Aduert è non semper re vera diuisionem esse distinctum modum sciendi a definitione, v.g. hæc diuisio, hominis

minis altera pars est corpus, & altera est anima rationalis. Dixi, re ipsa, qui in modo quo verba proferuntur in diuisione, & definitione aliqua diuersitas reperitur.

Vt cognoscatur quotuplex sit diuisio videndum est quotuplex sit totum, quod aliud est potentiale, aliud actuale, & aliud accidentale, omisa diuisio ne nominis: quæ est oratio distribuens nomen in sua significata. v. g. canis alius cœlestis, alius terrestris, & alius marinus, diuisio rei est oratio distribuens rem in suas partes. v. g. hominis alia pars est animal & alia corpus. Diuisio rei alia est potentialis, seu vniuersalis ex qua totum diuiditur in partes, quas solum habet impotentia, quæ est generis in species, analogi in analogata, & generis in proprietates. Aduertè diuisum nõ diuidi in differētiās, sed per differētiās, & sic diuisio animalis fiet: animal aliud homo per rationale & aliud brutū per irrationale

Altera est diuisio actualis qua totū diuiditur in suas partes quas actu cōtinet; vt hominis alia pars est corpus, & alia anima, & alia pars est animal, & alia rationale, & etiam hominis alia pars est manus, & alia ca-

put &c. Prima diuisio dicitur essentialis physica, secūda essentialis metaphysica, & tertia integralis.

Alia est diuisio accidentalis qua totum accidentale in suas partes diuiditur. Quæ altera est qua diuiditur subiectum in accidentia; vt corpus aliud album aliud nigrum. Altera qua diuiditur accidens in subiecta; vt album aliud paries, & aliud nix. Alia accidentis in accidentia, vt album aliud dulce, & aliud amarum. Hanc diuisionem dicunt Complutenses non distingui ab enumeratis, nā si diuisum est essentialē membris, vt coloratū aliud album, & aliud nigrum, est diuisio generis in species; si verò diuisum sit accidentale est diuisio subiecti in accidentia; vt album aliud dulce, aliud amarū ly album se habet, vt subiectum. Prima pars arridet, non secundā, nam hic non diuiditur album ratione corporis; sed ratione albedinis, ratione cuius implicat quod album sit subiectum: ergo.

Sit prima lex, quod mēbra diuidentia debent adæquare totum diuisum; id est quod diuisum non se extendat ad plura. Secunda quod membra diuidentia quātum ad omnia, quæ sub se continet in quātū talia aliquomodo contineātur in diui-

DISPVATIO VI.

so, alioqui non erunt partes diuisi, nec inferiora illi. Tertia, membra diuidentia debēt esse aliquomodo opposita, & vnum non debet in aliud ire, & propter hoc frequentius fit diuisio in duo membra. Quando verò fit in tria, vel quatuor, vnum ponitur principaliter, & reliqua sub negatione prioris membri, quæ negatio non summitur purè negatiuè, sed priuatiuè, v.g. in hac animal aliud rationale, & aliud irrationale (si hoc modo diuidendi vtamur) irrationale non summitur purè negatiuè sic etiam non solum conuenit brutis, sed etiam omnibus, quæ non sunt homo. Quarta, membra diuidentia collectim sumpta debēt reciprocari cum diuiso, non verò quodlibet eorum. Vltima, quòd tradatur per pauciora, ne detur confusio, dū modo alia, si sunt, sub illis continentur.

Aduertè, quòd à diuiso ad vnū membrū non valet, vt est animal: ergo homo, valet tamen ad omniadiuisionē sumpta, vt est animal: ergo vel homo, vel brutū. In super ab vno membro ad diuisum valet affirmatiuè: vt est homo: ergo animal, nec negatiuè, vt non est homo: ergo non est animal. Deinde à diuiso ad vnū membrū diuidens exclusis alijs

valet; vt est bonum, non vtile, aut delectabile: ergo honestū.

Obijcies primò, contra secundam legem: hæc est diuisio, animal aliud album, aliud nigrum, aliud medio colore affectum, & bona, & tamen aliquid continetur, sub membris diuidentibus non contentum sub diuiso, nam nix quæ est alba continetur sub albo, & non sub animali. Respondetur, album cōsiderari dupliciter, vel secundum se, vel prout contrahitur ad hanc diuisionem, primò modo continetur nixem, non secundò modo, nā sic sub intelligitur animal, scilicet aliud animal album, &c.

Ob. 2. contra vltimū secundæ legis: in hac, hominis alia pars animal, alia rationale, vnū membrū scilicet animal est superius diuiso: ergo non debet esse inferius. Resp. eunc animal non esse superius homine cum sit pars actualis eius, licet vt totum potentiale sit superius, quæ ratio ne non est membrum.

CONTROVER. V.

Quid sit argumentatio.

Argumentatio est oratio, in qua vnum ex alio consequi denotatur; vel est oratio in qua posito vno aliud sequitur ex vi prioris. Vnde tria requiruntur in omni argumentatione, scilicet aliquid quòd sequatur, & dicitur

dicatur consequens, aliquid ex quo sequatur, & dicitur antecedens, & aliqua particula denotans vnum in ferri ex alio, quæ dicitur nota illationis, v.g. omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensibilis, prima propositio dicitur antecedens, secunda consequens, & ita particula: *ergo*, dicitur nota illationis. Dixi, denotari vnum ex alio scilicet qui, quia non sufficit, quod vnũ ex alio possit sequi, sed requiritur, quod hoc denoteretur, ut datur vera argumentatio. Consequentia nõ dicitur vera, vel falsa, sed bona, vel mala, nam possunt esse antecedens, & consequens falsa, & consequentia bona: v.g. homo velat: ergo habet alas.

Potest consequens ex antecedenti in ferri, vel ratione materiæ, vel ratione formæ; tunc inferitur ratione materiæ, quãdo consequens tantũ ex cõiunctione, quã habet cũ antecedente inferitur, & tunc consequentia est materialis; coniunctio autẽ hæc potest esse necessaria, & dicitur tunc consequentia necessaria v.g. Petrus est homo: ergo est sensibilis; si verò fuerit cõtingens, dicitur consequentia probabilis: est mater: ergo diligit filium. Formalis consequentia est in qua vnũ necessario inferitur ex alio nõ ex vi materiæ, sed ex vi formæ in quacũ

que materia constituitur, quæ consequentia necessaria est nõ argumentatio ex vi formæ in quilibet materia eandem vim habet ad inferendum.

Prima regula sit pro bona argumentatione: ex antecedenti verò semper sequitur consequens verũ ex falso autẽ aliquãdo verũ, & aliquãdo falsũ; v.g. omnis homo est lapis; Petrus est homo: ergo Petrus est lapis; ecce ex falso falsũ colligi. Deinde omnis lapis est sensibilis, Petrus est lapis: ergo Petrus est sensibilis; ecce ex antecedenti falso consequens verũ colligi. Ex hac regula sequitur quod ex antecedenti necessario semper sequitur consequens necessarium, v.g. omnis homo est animal: ergo est sensibilis. Ex antecedente cõtingente, & impossibili inferri potest consequens necessarium, v.g. Angelus est lapis: ergo est substantia, homo mouetur: ergo est animal.

Ut autẽ sciatur cur ex antecedenti verò nõ possit sequi consequens falsũ, & ex antecedenti falso possit sequi consequens verũ. Nota 1. in omni syllogismo tres tantũ reperiri terminos, maiorem extremitatem, quæ coniungitur cũ medio in maiori, minorem extremitatẽ, quæ coniungitur cum medio in minori, & medium quod ponitur in maiori, &

DISPUTATIO VI.

minori; in cōclusionē verō maior extremitas prædicatur de minori; aut contra, & medium ibi non ponitur. v.g. omnis, homo est animal; Petrus est homo, ergo Petrus est animal, mediū est *homo* quia bis ponitur ante cōclusionē & eam nō ingreditur, animal est maior extremitas, quia coniungitur cum medio in maiori & prædicatur in cōclusionē, & Petrus est minor extremitas, quia in minori coniungitur cum medio & subiicitur in cōclusionē. Secundo, quod ea quæ conueniunt in vno tertio conueniunt inter se, ea verō quæ repugnant vni tertio non est necesse quod repugnent inter se. Platanus enim & arbor repugnant cum hominē, & tamen Platanus & arbor nō repugnant inter se. Tertio maiorem & minorem veras esse quia medium conuenit, & habet cōnexionem cum maiori, & minori extremitate. v.g. omnis homo est animal, hominē risibile est homo, ideo vtraq; vera est, quia homo qui est medium conuenit & habet cōnexionem cum risibili & animali, quæ sunt maior, & minor, extremitas. Ideo autem maior, & minor sunt falsæ propositiones, quia medium non habet cōnexionem cum

vna extremitate, aut cū vtraq; v.g. omnis homo est arbor, Platanus est homo, vtraq; est falsa, quia homo, qui est medium, nō habet cōnexionem, nec cum arbore, nec cum Platano.

Respondetur, iam ad argumentum, quod antecedens, ideo verum est, quia medium habet cōnexionem, cum maiori, & minori extremitate. Tunc sic, quæ conueniunt vni tertio necessario conueniunt inter se, sed in antecedenti verō maior, & minor extremitas cōueniunt in vno tertio scilicet medio: ergo in consequenti necessario debent cōuenire inter se, & ita erit consequens verum, cum constet ex maiori, & minori extremitate, quæ inter se subiiciantur, & prædicantur. Deinde ex antecedenti falso potest sequi consequens verum, quia, quæ repugnant vni tertio nō est necesse quod repugnent inter se. Tunc sic: ergo in antecedenti possunt maior & minor extremitas repugnare cum tertio scilicet medio, ita vt in cōclusionē non repugnent inter se: ergo tunc dabitur antecedens fallum, & consequens verum. v.g. omnis homo est arbor, Platanus est homo: ergo Platanus est arbor, vbi arbor & Platanus, quæ

quæ sunt extremitates regugnant cum tertio scilicet homine; ipsæ tamen non repugnant inter se. Et cum in antecedenti sint possitæ cum medio cū quo repugnant, & in consequente inter se, ideo ibi datur cōsequēs verū, & antecedens falsum. Quod totum sequitur ex dispositione præmissarum & terminorū inter se, quod est sequi propter vim illatiuam, id est in virtute dispositionis terminorum. Quod si aliquando videatur sequi consequens falsum ex antecedenti verō, id proueniet ex defectu alicuius proprietatis logicalis.

Secunda regula ex antecedēte cōtingente nequit sequi cōsequens impossibile, quia si contingens esset verū, iam ex verō sequeretur falsum. Ex antecedēti impossibili potest sequi consequens contingens impossibile, & necessariū. v.g. Petrus est lapis: ergo non mouetur: ergo non est rationalis: ergo est corpus. Tertia quod infertur, ex consequenti infertur ex antecedenti. v.g. equus est animal: ergo est viuens sensibile, si ex cōsequēti sequitur, quod equus sit corpus, etiam ex antecedenti, quod genus argumentationis dicitur de primō ad ultimū.

Similiter ex quocumq; infertur antecedens infertur cōsequens. v.g. homo est animal: ergo est sensibilis; ex hoc quod homo moueatur, sequitur quod sit animal, etiam sequitur ex eodē quod sit sensibilis. Quarta, à cōtradictorio consequentis valet ad contradictorium antecedētis. v.g. homo currit: ergo mouetur, valet nō mouetur: ergo nō currit. Non valet ab opposito antecedentis ad oppositum cōsequentis. v.g. homo currit: ergo mouetur, non valet: homo non currit: ergo non mouetur. Vltima quod cōclusio sequitur debiliorem partem; ita vt si aliqua præmissa fuerit particularis aut negatiua similis conclusio euadet. Ratio est quia præmissæ sunt causæ cōclusionis subordinatæ & conclusio effectus illarum, in his quidem effectus sequitur debiliorem, vt patet in sole qui cum causa particulari debili operatur debiliter, & cū forti fortiter, & ideo non plus causat quam particularis, accommodatur enim illi: & ita effectus sequitur debiliore partē.

Dices in hoc syllogismo omnis lapis est substantia, omnis homo est lapis: ergo omnis homo est substantia, conclusio non sequitur falsitatem mino-

DISPVATIO VI.

ris, sed maioris veritatem. Re-
ponderetur regulam sic intelligi
quod quæcumq; debilitas in cō-
clusionem desummit, ex debilita-
te præmissarum; potest tamen
aliquando ex falso sequi verum.
Aduertè propositionem falsam
non cauere veritatem ratione
falsitatis nam hæc nihil est, &
veritas aliquid. Aduertè etiam
quod in propositione falsa licet
prædicatum non cōueniat secū-
dum rationē specificam subie-
cto; potest tamen conuenire se-
cūdū rationes superiores diso-
iam, quod propositio falsa cau-
sat conclusionem veram pro vt
conuenit secundum rationes su-
periores subiecto. & sic verita-
tem dicit. v.g. lapis falso dicitur
de hominē secūdum rationem
specificam; tamen secundum ra-
tiones corporis & substantiæ ve-
rē dicitur, & secundam has in-
fert conclusionem: ergo homo
est substantia.

CONTROVER. VI.

Quotuplex sit argumentatio.

Dicitur argumentatio in
enthymema quod est syllo-
gismus imperfectus altera præ-
missa destitutus. v.g. homo est
rationis particeps: ergo homo
est discursiuus. In inductionem
quæ est à singularibus ad vni-

uersale progressio. In exemplū
quod est oratio in qua aliquid
singulare: ex simili, aut similib⁹
confirmatur. v.g. Petrus prop-
ter nimiam ebrietatem sensum
amissit: ergo & Ioannes propter
nimiam ebrietatē sensum amit-
tet. In syllogismum qui est ar-
gumentatio in qua quibuldam
possitis, aliquid aliud euenit ne-
cessario; vbi *argumentatio* poni-
tur, vt genus proximum, & non
ponitur oratio, vt quidam vo-
lunt, quia hæc genus est remo-
tum. Reliqua locū possidēt
differentiæ *Quibusdam possitis*
non intelligitur, quibuldam vo-
cabulis, nam sic enthymema ex
quibus possitis procederet, sed
intelligitur, quibusdam propo-
sitionibus certa methodo col-
locatis, quæ sint concessæ vel ap-
tæ, vt concedantur; cum enim
syllogismus ad aliquid proban-
dum fuerit inuētus, propositio-
nibus veris, aut saltem, quæ ve-
ræ appareant constare debet.

Collige antecedens syllogis-
mi debere esse compositum ex
duab⁹ propositionib⁹, quæ à qui-
busdam propositiones, ab alijs
premissæ, sed à latioribus sup-
tiones appellantur. Verum quæ
priori loco ponitur dicitur ma-
ior, propositum, aut propositio;
quæ verò posteriori, minor al-
sumptio,

CONTRORSIA I.

44

sumptio, vel assumptum. Aliam desiderat syllogismus propositiorem, quæ in definitione eius dicitur aliquid aliud, quæ dicitur conclusio, connexio, complexio, & à paucis inuentio. Cū dicitur *necessario* declaratur etificatio formæ syllogisticæ; tanta enim est, vt quamuis syllogismus in materia probabilis conficiatur, & conclusio sit tantum probabilis; posito tamen quod præmissæ conceduntur, & forma syllogismi sit idonea necessario inferetur conclusio.

Cōclusio pars est syllogismi, quia hic est argumentatio quæ ex antecedenti & consequenti componitur, & ita cōclusio pars erit syllogismi. Firmatur primo *aliquid aliud*, id est conclusio. Secundo quia sequeretur quod Barbara, & Basaliptron non essent distincti modi essentialiter,

cū totum cōclusionē differant.

Obijcies syllogismus potest inferre multas conclusiones ex Arist. 2. Priorum c. 1. sed præmissæ inferunt conclusiones; ergo illæ tantum sunt syllogismus. Firmatur, conclusio est aliquid aliud: ergo distinguitur à syllogismo. Respondetur. Arist. vltum fuisse figura synecdoche; qua pars nomine totius appellatur & sic præmissas appellauit syllogismum. Ad confirmationem dico cōclusionē esse aliam à præmissis, non à syllogismo.

Contra in hoc syllogismo si lucet, lucet; atqui lucet, ergo olucet; ergo conclusio non est alia à præmissis. Respondetur, distinguo cōsequēs: nō est alia realiter cōcedo, ratione nego, quod sufficit, sicut sufficit, vt dicatur, quod prædicatū aliud est à subiecto in propositione identica.

DISPUTATIO VLTIMA,

De Figura Syllogismorum.

CONTRORSIA I. De materia, & forma Syllogismorum.

Suppone syllogismum aliū esse perfectum, qui nullo medio indiget; vt appareat necessarius; vt sūt quatuor ratiocinationes in quatuor primis modis primæ figu-

ra confectæ; & in imperfectum qui indiget aliquo medio extrinseco vt appareat necessarius: tales sūt reliqui modi primæ, & aliarū figurarū. Alios est etiam directus in quo maior extremi-

DISPUTATIO VLT.

extremitas prædicatur de minori in conclusione, & indirectus alter in quo minor extremitas de minori prædicatur in conclusione. Ratione materiæ, alius est necessarius, seu demonstratiuus in quo præmissæ sunt necessarie; alter topicus, cuius propositiones sunt probabiles, & alius sophisticus cuius præmissæ sunt fallaces. Quid autem sint medium, maior, & minor, extremitates claret ex dictis disp. præcedenti controuersia quinta.

ASSERTIO I. in syllogismo duplicem esse materiam, proximam scilicet, quæ sunt propositiones, & remotam quæ sunt termini propositiones componentes. In his materijs forma seu dispositio aliqua debet recipi ex quibus hoc artefactum scilicet syllogismus asurgat.

ASSERTIO II. forma est dispositio propositionum secundum modum & figuram. Quæ duplex est, una quæ correspondet materiæ remotæ, & appellatur figura syllogismi, quæ est apta dispositio terminorum quo ad subiectionem, & prædicationem, & altera correspondens materiæ proximæ quæ appellatur modus, & est apta dispositio propositionum secundum quantitatem, & secundum as-

firmationem, & negationem.

Obijcies contra primam definitionem ostendens quatuor modos primos spiritus & figuræ imperfectos esse. Hi egent aliquo medio, nempe dici de omni; & dici de nullo. Respondetur hæc principia non esse extrinseca sed intrinseca contenta in illis modis. Extrinsecum seu exterorum principium vocatur reciprocatio propositionum, aut earum transpositio vel reductio ad incommensuratum quibus iuuantur reliqui modi, ut necessarij appereant.

Obijcies etiam probans medium ingredi conclusionem. In hoc omnis homo est animal sed Petrus est homo: ergo aliquod animal est homo. Respondetur argumentationem hanc non esse syllogismum sed enthymema, nam eius conclusio non inferitur ex propositionibus positis, sed ex sola maiori iuxta leges bonæ conuersionis, propositio autem loco minoris posita non est minor, sed ita se habet ad conclusionem, ac si non esset.

CONTROVER II.

De multiplicitate figuræ & modi syllogismorum.

Figura communiter tripartitur (an suadenda quarta in-
fca). Prima figura est in qua me-
dium est subiectum in maiori,
& prædicatum in minori. Secū-

da in qua, medium est prædica-
tum in utroque. Tertia in qua
medium in utraque est subie-
ctum. Quod ostendit hic ver-
sus.

Sub, præ, prima: secunda, bis præ: tertia, bis sub.

Prima figura nobilior est
alijs. Primò, quia in illa mediū
habet propriam sedem medijs,
quia verè mediat, siquidē in vna
subijcitur, & in alia prædicatur.
Secundò, omne genus conclu-
sionis potest inferri scilicet vni-
uersalis, particularis affirmans,
& negans: in secunda verò non
concluditur affirmas, sicut nec
in tertia vniuersa. Tertiò, quia
de prioribus modis quatuor pri-

ma figura manifesta sunt, hæc
principia, *dicti de omni*, & *dicti
de nullo*. Secunda figura, nobi-
lior est tertia, quia in illa me-
dium habet digniorem locum
cum sit prædicatum, quod no-
bitus est subiecto, cum sit huius
forma. Tertia, est omnium infi-
ma, quia in ea medium habet
infimam sedem, cū sit subiectū. In
qualibet figura datur multi mo-
di qui his terminib⁹ cōtinētur.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baraliptron,
Celantes, Dabitis, Fapelmō, Iristes omorum,
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Modi duorum priorum car-
minum pertinent ad primam fi-
guram; ita tamen quòd ex illis
solum quatuor priores primi car-
minis concludant directè; alij
verò quicq; in directè Ad secū-
dam figuram pertinent solum
quatuor modi priores tertij car-
minis. Ad tertiam figuram per-
tinent alij modi sequentes.
Aduertè primò, primam voca-
lem cuiuscumque dictionis de

notare maiorem propositionē.
Secundam, minorem, & tertiā
conclusionem, etsi addatur alia
vocalis ponitur ratione metri.
Secundò, litera *a*, denotat pro-
positionem sibi corresponden-
tem debere esse vniuersalem af-
firmatiuam, *e*, vniuersalem ne-
gatiuam, iuxta illud: *affirmat, a*,
negat, e, vniuersaliter ambo, i
particularem affirmatiuam, *o*
particularem negatiuam, iuxta

DISPVATIO VLT.

illud: *asserit, i. negat, o, parti-*
culariter ambo.

Prima regula: ex præmissis pu-
rè particularibus nihil sequitur
quia medium in maiori, aut mi-
nori debet esse distributum; &
ita hic nullus est: aliquis currit,
Petrus est aliquis homo: ergo
Petrus currit; quòd si homo dis-
tribuitur in maiori, rectè con-
cluditur, dicendo omnis homo
currit, Petrus est aliquis homo:
ergo Petrus currit. Secunda, ex
præmissis purè negativis nihil se-
quitur. v. g. nullū accidēs est sub-
stantia; sed nullus Angelus est
accidens: ergo nullus Angelus
est substantia. Intelligitur ratio
ne formę, nam ratione materię
potest sequi. v. g. nullus Ange-
lus est lapis, nullus homo est
Angelus: ergo nullus homo est
lapis. Tertia, ne in syllogismo
categorico aliqua hipotesis aut
conditio collocetur, & ita nu-
llus est hic in prima figura: om-
ne animal si est rationale est ho-
mo: sed omnis leo est animal si
est rationalis: ergo omnis leo
est homo. Quarta ne pars maio-
ris extremitatis ponatur in mi-
nori, & ita hic nullus est: omne
secundū, proxime sequitur
primum, sed omne tertiu. pro-
xime sequitur secundum: ergo
omne tertium. proxime sequi-

tur primum. Quinta, nulla vox
debet latius patere in conse-
quentia, quam in antecedenti;
& ita non valet, omne mortu-
um est non ens; nullus homo est
non ens: ergo nullus homo est
mortuus; nam vox *homo* in mi-
nori accipitur pro homine, qui
est in consequenti. verò pro ho-
mine, qui est vel fuit, quia facit
hunc sententiam; nullus homo qui
est, vel fuit est mortuus.

Vis cuius vis figurę funda-
tur in duobus principijs. Pri-
mum est dici de omni; hoc est;
quidquid affirmatur de aliquo
subiecto, affirmari etiam debet
de omni illo de quo tale subie-
ctum affirmatur, v. g. si animal
affirmatur de homine, debet
etiam affirmari de Petro & Pau-
lo, de quo affirmatur homo, &
ita in hoc principio sita est vis
omnium syllogismorum haben-
tium cōclusionem affirmativā.
v. g. in *Barbara*: omnis virtus est
sequenda: omnis iustitia est vir-
tus: ergo omnis iustitia est se-
quenda, in quo syllogismo,
quia illud prædicatum *sequen-*
da affirmatur de virtute, & vir-
tus affirmatur de iustitia, de ea-
dem iustitia affirmatur etiam,
quòd sit sequenda. Secundū est
dici de nullo hoc est: quidquid
negatur de aliquo subiecto de
bet

bet etiam negari de omni illo de quo tale subiectum affirmatur. v. g. si animal negatur de lapide etiam negari debet de saphiro de quo lapis affirmatur. In hoc principio fundatur vis omnium syllogismorum habentium conclusionem negatiuam v. g. *celarent*: nullum vitium est sequendum: omnis auaritia est

vitium: ergo nulla auaritia est sequenda, vbi quia illud prædicatum *sequendum* negatur de vitio, & vitium affirmatur de auaritia, de eadem etiam auaritia negari debet prædicatum *sequendum*. Eformemus iam syllogismos in modis cuiuscumque figuræ.

Syllogismi in modis directis prima figura.

Bar Omne animal est substantia,
ba Omnis homo est animal,
ra. Ergo omnis homo est substantia.
(tia.
Da Omnis scientia est habitus,
ri Aliqua mathematica est scientia
j. Ergo aliqua mathematica est habitus.

Ce Nulla virtus est mala,
la Omnis temperantia est virtus,
rct. Ergo nulla temperantia est mala
Fe Nullus leo ridet,
ri Aliquod animal est leo,
o. Ergo aliquod animal non ridet

In modis indirectis.

Ba Omne animal est substantia;
ra Omnis homo est animal,
lip. Ergo aliqua substantia est homo
Da Omnis substantia est ens,
bi Aliquis Angelus est substantia,
tis. Ergo aliquod ens est Angelus

Ce Nullum animal est lapis.
lan Omnis leo est animal,
tes. Ergo nullus lapis est leo.

Fa Omne studiosum est diligendum
pel Nullum vitium est studium
mo. Ergo aliquid diligendum non est
(vitium,

Fri Aliquod animal est leo,
lc Nullus lapis est animal,
lom. Ergo aliquis leo non est lapis.

DISPUTATIO VLT.

Obijcies primò, probans plures modos directe concludentes: hic syllogismus: omne animal est substantia, omnis homo est animal; ergo aliquis homo est substantia, directum habet conclusionem & non est in aliquo ex quatuor modis. Respondetur contineri sub *Barbara*, nam in omni syllogismo in quo inferitur universalis directa, potest inferri particularis directa.

Obijcies secundò, ostendens illos quatuor modos non omnes esse directos: ex Arist. primo Priorum cap. 5. dicente hos modos *Darii* & *Ferio* reducendos esse ad secundam figuram. Respondetur intellegi Arist. de reductione ad in commodum, non de ostensione: sicut *Barbara* reducitur ad secundam, nam hæc reductio ad in commodum sepe fit ad aduersarium conuincendum, & non ob syllogismi

defectum.

Obijcies tertio, probans in *Baralipson* conclusionem non posse esse particularem: ex Arist. primo Priorum, conclusio debet esse similis alicui præmissarum, quod in *Baralipson* non contingeret, si haberet conclusionem particularem, cum præmissæ sint universales. Respondetur conclusionem in tali modo similem esse præmissis, licet non sit æqualis, nam similitudo autem dicitur penes qualitatem, quæ in propositionibus est affirmatio, & negatio: quæ qualitas seruatur in dictis præmissis & conclusionem; non verò æqualitas, sed penes quantitatem, scilicet universalitatem & particularitatem. Nota quod si Arist. non tot modos indirectos enumerauerit, non ob id numerus non est ad mittendus, quia non omnia ab uno autore sunt capienda,

Syllogismi in modi secundæ figuræ.

Ce. Nulla virtus est vitium,
 fa. Omnis iniustitia est vitium,
 ze. Ergo nulla iniustitia est virtus.

Fef. Nullum rationale est color,
 si. Aliqua albedo est color: (nalis.
 no. Ergo aliqua albedo non est ratio.

In hac figura dantur modi indirecti, scilicet *Cesare*, & *Camisire*, Quare autem addatur

Ca. Omnis homo est animal,
 mef. Nullus lapis est animal,
 tres. Ergo nullus lapis est homo.

Ba. Omne animal est sentiens,
 ro. Aliquis lapis non est sentiens.
 co. Ergo aliquis lapis non est animal.

primò litteram *s*, & non secundò explanabitur, eū de conuersione, seu reductione agamus.

Alij

Alij etiam modi indirecti primæ figuræ scilicet Fapelmō, &

Frisefomorū dantur in hac figura: vt exēplis clarebit sequētib⁹

Ce Nullum vitium est bonum,
sa Omnis virtus est bona,
res. Ergo nullum vitium est virtus.

Ca Omnis iustitia est virtus,
mes Nullum vitium est virtus,
tre. Ergo nulla iustitia est vitium.

Fe Omnis homo est animal,
pel Nullus lapis est animal,
mo. Ergo aliquis homo nō est lapis.

Fri Aliquod animal sentit.
se Nullus lapis sentit,
som. Ergo aliquod animal non est lapis.

Syllogismi in modis tertiæ figuræ.

Da Omnis homo est animal,
rap Omnis homo est substantia,
ti. Ergo aliqua substantia est animal.

Di Aliqua virtus est bona,
sa Omnis virtus est habitus,
mis. Ergo aliquis habitus est bonus.

Fe Nullus lapis ambulat,
lap Omnis lapis est insensibilis, (lat:
ton. Ergo aliquod insensibile nō ambu.

Da Omne malum est fugiendum;
ti Aliquod malum est vitium,
fi. Ergo aliquod vitium est fugiendū;

Modi indirecti.

Da Omnis homo est animal,
rap Omnis homo est substantia,
tis. Ergo aliquod animal est substantia.

Di Aliqua virtus est bona,
sa Omnis virtus est habitus,
mi. Ergo aliquod bonum est habitus.

Da Omne malum est fugiendum,
ti Aliquod malum est vitium,
tis. Ergo aliquod fugiendū est vitium.

Fa Omnis homo est animal,
pel Nullus homo est lapis,
mo. Ergo aliquod animal non est lapis.

Fri Aliquis habitus est bonus,
se Nullus habitus est dispositio,
som. Ergo aliquod bonum non est dispositio.

Ex modis indirectis primæ figuræ solū vagatur per alias Fapelmō & Fisefomorū quia habent conclusionem particularem negatiuam quæ potest concludi in omni figura: cū tamen vniuersalis affirmatiua solū possit inferri in prima figura, vniuersalis negatiua in prima, & secunda, & particularis affir-

matiua in prima & tertia.

Obijcies contra numerum figuræ. Hic syllogismus est opti-
mus: Petrus est homo, Petrus est animal: ergo aliquod animal est homo, sed in nulla figura est ex dictis: ergo datur alia. Similiter hic est optimus: tantū animal est homo: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est ho-

DISPVATIO VLT.

mo, & non est in aliqua figura: ergo. Respōdetur, primum syllogismum esse expositorium (de quo infra) & pertinere ad tertiam figuram. Secundū, pertinere ad primā figuram, in qua minor potest esse negativa, etiā in modo directo, quando maior afficitur aliquo signo exclusiuo: sicut in secunda figura: tātum animal est homo; sed omne rationale est homo: ergo rationale est animal.

CONTROVER. III.

Num detur quarta figura.

Communiter negativè solet respōderi. Probant hoc multi, multis, sed in efficacibus, nec satisficientibus argumentis. Qua propter contrariū fundamentum antepōnere oportet, & deinde nostrum quod ferè nullus affert, & ipso non stabilito fateor sanè contrarijs nō posse satisfieri, & sic quā diu illud non inveni, mihi verissima apparuit aduersariorum sententia.

Contrarij docent quartam figuram in hoc cōsistere, quod medium prædicetur in maiori, & subijciatur in minori, & cum hæc coordinatio ad nullam, ex

assignatis figuram pertineat, constituendam fore quartā, fatentur. Sit exēplum: omne animal est substantia, sed omnis substantia est ens: ergo omne animal est ens, qui syllogismus bonus est, & in nulla ex assignatis figura esse potest: ergo datur quarta figura. Cōsequentia probatur, figura confurgit, ex varia mediij collocatione, sed quatuor modis potest medium collocari: ergo quatuor erunt figuræ.

Existimant aliqui satisfacere dicentes diversam hanc collocationem esse mutationem quādam accidentalem, quæ nō sufficit ad figuræ multiplicationē, & idēd reducitur ad primam. Sed isti non intelligunt rationis efficaciam, nam in quo cur collocatio mediij primæ figuræ est, quæ essentialiter cōstituit illam, & collocatio mediij quam assignat argumentum, id non poterit præstare, cur etiam prima collocatio non erit accidentalis, & secunda essentialis.

Respondent alij, ut Complutenses in quarta figura cōcludi indirectè, & ad quamlibet figuram congruam requiriri modos directos ad quos in directi reducantur. Cōtra nam in quarta figura sunt nonem modi, qui eisdem

eisdem nominibus possunt appellari, ac modi primæ figuræ si secunda vocalis fiat prima, & sic celarent in prima figura, dicatur calerent in quarta. Horum quatuor primi modi sunt indirecti, & alij directi, & regula, quod maior non sit negans, & minor non sit particularis, excipiendo à primò penultimū modum, & à secundo ultimū. Exemplum in calerent directè concludente: omnis homo est animal: nullum animal est lapis: ergo nullus lapis est homo.

Quare nisi aliud fundamentum adhibeatur verissima apparebit sententia contraria. Evulgetur iam, & dico primam figuram non cōsistere in hoc, quod medium sit subiectum in maiori, & prædicatum in minori, sed in hoc quod mediū in vna propositione prædicetur, & in alia subiiciatur, quod autem in minori prædicatur, & in maiori subiiciatur, aut è contra, modi quidam sunt primæ figuræ, & solum est transmutatio propositionum. At diuersitas figuræ non est venanda ex diuersa collocatione propositionum inter se, sed ex varietate dispositionis & ordinis inter se terminorum, nam figura est dispositio terminum in præmissis secundum sub

iectionem, & prædicationem. Quod noster Coriphæus Arist. docuit dicens primam figuram cōsistere in hoc quod medium in vna propositione prædicetur, & in alia subiiciatur, non determinando in hac, vel illa. Hæc habet 1. Prior, cap. 5. *Voco autem medium, quod & ipsum in alio, & aliud in hoc est: ubi explicat primam figuram, hanc enim in illo capite intendit explanare.*

CONTROVER. III.

De reductione ostensura syllogismorum imperfectorum ad perfectos.

PRimitus videamus quomodo syllogismi perfecti possint probari. Quia enim potest quis proteruè cōclusionem aliquius ex dictis syllogismis negare, etsi euidentissima sit, & non indigeat aliquo medio extrinseco; ideo dialectici hunc sequentem modum probandi inuenerunt: scilicet per illa duo principia naturaliter cogitata, *dicti de omni*, & *dicti de nullo*; ita vt Barbara, & Darij probentur per primum, & Celarent, & Ferio per secundū.

Si quis ergo negauerit cōsequentiā in Barbara, v.g. omne animal est sensibile: omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensibilis; probatur: si per *dicti de omni*, quidquid vniuersaliter affirmatur,

DISPUTATIO VLT.

affirmatur de subiecto, affirmatur etiam de omni contento sub subiecto: sed esse sensibile affirmatur vniuersaliter de animali in maiori: ergo debet affirmari de omni contento sub animali; at homo continetur sub illo in minori: ergo sensibile debet affirmari de homine in conclusione.

Similiter si quis neget hanc conclusionem in *Celarent*: nullum animal est lapis; omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis, probatur per *dicti de nullo sic*: quidquid vniuersaliter negatur de subiecto, negatur etiam de omni contento sub illo; sed lapis vniuersaliter negatur de animali in maiori: ergo debet negari de omni contento sub animali; sed homo continetur sub illo in minori: ergo lapis debet negari de homine in conclusione.

Iam peruenimus ad conuersionem, seu reductionem ostensionem syllogismorum imperfectorum, quæ est mutatio syllogismi imperfecti imperfectiorem media reciprocaione cuius, aut omnium propositionum, aut transpositione præmissarum; ita ut maior fiat minor, & è contra.

Aduertè primò, ut hoc intelligas: omnes imperfectos syllogismos reduci ad quatuor primos perfectos, ad quem autem ex perfectis quilibet ex imperfectis reducatur, oportet, ut ad uertas literam consonantem; à qua incipiunt, ita ut si imperfectus incipiat à litera *b.* reducatur ad *Barbara*, quia incipit etiam à *b.* Si incipiat à *v.* reducatur ad *Clarent*. Si incipiat à *d.* reducatur ad *Dari*. Si incipiat ab *f.* reducatur ad *Ferio*, hoc totum in sequenti tabula inuenies.

Ad **B A R B A R A** Baralipon, Baroco, Bocardo. Ad **CELA R E N T**, Celantes, Celare, Camestres, Cesares, Camestre. Ad **D A R I I**, Dabitur, Darapti, Disamis, Datissi, Daraptis, Disami, Datissis. Ad **F E R I O**, Felapton, Fellelismorum, Feslino, Felapton, Ferison.

Aduertè secundò, modos imperfectos quatuor potissimum consonantibus constare, nempe *s. m. p. c.* *s.* significat proposi-

tionem correspondentem vocali antecedenti conuerti simpliciter, *p.* per accidens, *m.* transponendas esse præmissas, *c.* potissimum

tū in medio vocabuli indicat tā
lē modū nō posse conuerri hac
cōuersione, sed solū conuersione

ne ad incōmodū, seu impossibi
le. Duo tātū exēpla adducem⁹,
ex quibus facile alia inuenies.

Fa omnis homo est animal,
pes nullus lapis est homo, (pis,
mo. ergo aliquod animal non est la-

Fe nullus homo est lapis
ri aliquod animal est homo,
o. ergo aliquod animal nō est lapis.

In primō syllogismo, qui est
in Fapesmo fit reductio ad Fe-
rio. quia ambo incipiunt ab ea-
dē, litera *f*. Deinde quia in eodē
p sequitur ad vocalem *a*, maior
propositio quæ illi correspon-
det conuertitur per accidens,
in hanc aliquod animal est ho-
mo, & quia *s*, sequitur ad voca-

lem *e*, minor propositio quæ ei
correspondet conuertitur sim-
pliciter in hāc: nullus homo est
lapis, & quia in medio dictio-
nis est *m*, fit trāsmutatio propo-
sitionū; ita vt maior fiat minor,
& minor maior, & sic fit syllo-
gismus in Ferio, vt à nobis est
in tabula assignatus.

Aliud exemplum.

Dis aliquis homo est animal,
am omnis homo est substantia,
is. ergo aliqua substantia est animal,

Da omnis homo est substantia,
ri aliquod animal est homo,
j. ergo aliquod animal est substantia.

In primō syllogismo, qui est
in disamis fit reductio ad Dari,
quia ambo ab eadem litera *d*,
incipiunt, maior cōuertitur sim-
pliciter, quia significat *s*, conclu-
sio simpliciter cōuertitur, quia
denotat *s*, fit trāsmutatio præ-
missarum, quia ita significat *m*.

Quæres primō, quomodo in
Barlpton conclusio particula-
ris aiens in vniuersam aientem
conuertitur: vt. *p*. indicat cum
ex simili conuersione possit da-
ri antecedens, verū & conse-
quens fallum. v. g. omnis homo

est animal: ergo omne animal
est homo. Respondetur hanc
conuersionem nō fieri ex vi le-
gum cōuersionis, sed ex vi præ-
missarum, quæ sunt eēdem, atq;
in Barbara, quæ sicut in Barba-
ra possunt inferre vniuersā aie-
tem directam. Sic in Baraliptrō.

Quæres secundō, quare Baro-
co, & Bocardo non possunt re-
duci ad primam figuram redu-
ctione ostensua. Respondetur,
quia hæc conuersione, aut fit præ-
missarum transpositione, aut
earum conuersione, quod sanè

in his modis fieri nequit. si enim accipiamus modum Baroco, & eius præmissas transponamus, iam maior erit particularis negans, quæ non reperitur in prima figura, & si conuertimus præmissas, ita ut maior conuertatur in particularem affirmatiuam quia est vniuersalis affirmatiua, iam syllogismus constabit ex duabus particularibus & si minor conuertatur cum sit particularis negans fiet hoc per contra positionem & constabit syllogismus ex terminis finitis & infinitis, eadem ferè estratio in Bocardo, nam si transponamus præmissas, minor erit particularis negans, quæ non admittitur in prima figura, si verò aliquam præmissam conuertamus redibunt eadem in commodam, quæ de Baroco diximus. Dixi ad primam figuram, quia ad secundam & tertiam possunt reduci conuertendo præmissas per contra positionem sed tunc erit Baroco in tertia, & Bocardo in secunda figura.

Quæres vltimò, quid prodest hæc reductio ad probandum syllogismum priorem necessario inferre conclusionem. Respon-

detur cum certum sit in bonâ argumentatione: quidquid sequitur ad consequens, sequi etiam ad antecedens & propositiones syllogismi perfecti in quem fit conuersio sint eedem atq; illæ, quæ erant in syllogismo imperfecto, aut ex illis necessario colligatur, sequitur illud consequens quod inferitur ex præmissis syllogismi perfecti, inferri etiam ex præmissis imperfecti.

CONTROVER. V.

De reductione ad impossibile, vel in commodum.

Reductio ad impossibile contingit quâdo concessis præmissis syllogismi imperfecti, si negetur consequentia, inferitur propositio contradictoria consequentiæ negatæ, ex qua, & ex altera præmissarum iam concessarum fit syllogismus perfectus concludens propositionem contradictoriam, vel contrariam alicui ex præmissis concessis & ideo negans cogitur concedere esse simul veras duas contradictorias, quod est maius impossibile quod logicus potest ex cogitare. Sit exemplum.

- Da Omnis homo est substantia,
 si Aliquis homo est animal,
 si. Ergo aliquod animal est substantia.

Si negetur conclusio, inferatur eius contradictoria scilicet nullum animal est substantia, dicēdo aliquod animal est substantia est falsa ut tu dicis: ergo eius contradictoria est vera, scilicet nullum animal est substan-

tia. Deinde assumatur ista contradictoria pro maiori, & seruet minorē cōcelsā, & inferat cōclusionē quę erit cōtradictoria maiori concessę cuius loco possumus cōtradictoriā cōclusioni, & sic argumētur in Ferio

Fe Nullum animal est substantia,
ri Aliquis homo est animal,
o. Ergo aliquis homo non est substantia.

Ecce contradictoriam cōclusioni maiori concessę in primo syllogismo, scilicet omnis homo est substantia. Haecenus communiter dictum est, iam ad particularia progrediamur, ut que hoc non te fugiat.

Obserua primò, quod ut scias ad quem modum perfectū reducatur quilibet imperfectus, invenit dialecticus tria voca-

bula, nempe Nesciebatis, Odiebam, Letareromanis. Primum inseruit quinque modis indirectis primę figurę. Secundum, modis secundę figurę. Tertiū, modis tertię. Sic autem vocabula sunt disponenda, ut prima syllaba correspondeat primo modo illius figurę secunda secundo, & sic de alijs, ut patet in hac tabula.

Ne	Baraliptron,	O	Cesare,
lei	Celantes,	di	Camestres:
e	Dabitis,	e	Festino,
ba	Fapesmo,	bā	Baroco.
tis.	Trilesemorū		

Le	Darapti,
ta	Felapton,
re	Disamis,
ro	Datissi,
ma	Bocardo,
nis	Ferison.

Aduerte secundò, dicti nes illas ex quatuor vocabulis cōponi, a, e, i, & o, syllaba quę cōstitat, a significat modū sibi respondētē reducendū esse ad eū modū primę figurę cuius cōclusio est,

a idest vniuersalis affirmatiua scilicet Barbara, e denotat modū sibi correspondētē reducendū esse ad eū modū primę figurę, cuius conclusio est, e idest vniuersa negās, nēpē ad Celarent, i

DISPVATIO VLT.

conuertendum esse admodum,
cuius conclusio est, idest parti
cularis affirmans, vt Darij: sicut

etiam, ad Ferio cuius conclu
sio est particularis negans; vt in
sequenti tabula patebit.

Ne Baralipon ad Celarent
Ici Celantes ad Darij
e Dabillitis ad Celarent,
ba Fapesmo ad Barbara,
tis. F. isesomorum ad Darij.

G Cesare ad Ferio,
di Cameltres ast Darij.
e Festino ad Celarent,
bam. Baroco ad Barbara.

Le Darapti ad Celarent,
ta Felapton ad Barbara,
re Disamis ad Celarent,
ro Datissis ad Ferio,
ma Bocardo ad Barbara,
nis. Ferison ad Darij.

Ecce iam primam regulam.
Modi indirecti primæ figuræ,
dempto Celantes, reducuntur
summando contradictoriā cō
clusionis negatæ pro maiori, &
maïorem efficiendo minorem,
nam sic fiet contradictorium,
aut saltem contrarium minoris.

concessio non immediate (quod
maximè aduertendum est) sed
mediate, idest immediate pro
positioni in quam conuertitur
minor, & ideò mediatè ipsi mi
nori, mediante scilicet illa in
quam conuertitur, vt statim cla
rebit.

Ba Omnis homo est animal,
ra Omne ridens est homo,
lip. Ergo aliquod animal est ridens.

Ce Nullum animal est ridens,
la Omnis homo est animal,
rèt. Ergo nullus homo est ridens.

Celantes autem conuertitur,
sumptis contradictorio conclu
sionis negatæ, ponitur pro mi
nori, & minor præcedentis syl

logismi efficitur maior, ac de
mum infertur cōtradictorium
maioris cōcessæ, aut eius potius
cōuertentis, vt statim clarescet.

Ce Nullus homo est lapis,
lan Omne ridens est homo,
tes. Ergo nullus lapis est ridens.

Da Omne ridens est homo,
ri Aliquis lapis est ridens,
j. Ergo aliquis lapis est homo.

Secūda regula, modi directi
secundæ figuræ. In his seruan
da est eodem maior, contradi
ctoria conclusionis negatæ, su

per pro maiori, & sic con
tradictorium minoris concessæ
colligetur, vt statim pate
fiet.

Ce Nullus lapis est animal,
fa Omnis homo est animal,
re. Ergo nullus homo est lapis.

F Nullus lapis est animal,
ri Aliquis homo est lapis,
o. Ergo aliquis homo nō est animal.

Tertis

Tertia regula, in modis tertiæ figuræ probatur ad impossibile sumpta contradictoria conclusionis loco maioris; &

seruata eadem minori, sequitur contradictoria, aut contraria maioris concessæ, vt statim videbis.

Da Omnis homo est animal.
rap Omnis homo est substantia,
ti. Ergo aliqua substantia est animal.

Ce Nulla substantia est animal,
la Omnis homo est substantia,
rét. Ergo nullus homo est animal.

Videndum est quomodo modi perfecti primæ figuræ possint hac conuersione reduci. Et

quidem qui vis eorum potest sic reduci tam ad secundam, quam ad tertiam: vt statim perspicias.

Barbara ad Baroco, & Bocardo. Celarent ad Festino, & Disamis. Darij ad Camestres & Disamis. Ferio ad Celare, & Darisi.

Prima lex: hi modi debent conuerti ad secundam figuram sic: seruetur eadem maior, & loco minoris summatur contradi-

ctorium conclusionis negatæ, & sic contradictorium minoris concessæ colligetur; vt modo constabit.

Bar Omnis homo est animal,
ba Omne rationale est homo,
ra. Ergo omne rationale est animal.

Ba Omnis homo est animal,
ro Aliquod rationale non est animal,
co. Ergo aliquod rationale non est homo.

Secunda lex: Hi modi reducuntur ad tertiam figuram sic: summatur contradictorium conclusionis loco maioris, & mi-

nor eadem seruetur, & sic concludetur contradictorium maioris concessæ; vt nunc patebit.

Bar Omne animal est substantia,
ba Omnis homo est animal,
ra. Ergo omnis homo est substantia.

Bo Aliquid homo non est substantia,
car Omnis homo est animal, (tia)
do. Ergo aliquod animal non est substantia.

Videndum est iam quomodo reducantur modi indirecti secundæ, & tertiæ figuræ hac conuersione. Dico prius esse reducendum modum indirectum ostensiuè ad aliquem modum directum eiusdem figuræ, & tunc

potest reduci per incommodum sicut ille modus postulauerit, v. g. Daraptis conuertatur ad Darapti, & deinde ad Celarec.

Diximus Baroco esse modum indirectum tertiæ figuræ, & Bocardo indirectum secundæ, vi-

DISPVATIO VLT.

deamus iam quomodo conuer-
tantur. Baroco in tertia figura
reduces sic: summes contradi-
ctorium conclusionis negatæ

Ba Omnis homo est animal,
ro Aliquis homo non est lapis,
co. Ergo aliquod animal nō est lapis

Bocardo in secunda figura
reducitur ad Barbara, sumpto
contradictorio conclusionis ne-

Bo Aliquod animal non est homo,
car Omne rationale est ho ne, (nale
do. Ergo aliquod animal nō est ratio

Videamus tandem in qua fi-
gura inueniatur expositivus
syllogismus, & est qui constat
medio singulari, diciturq; expo-

In prima.

Petrus non est leo,
Hoc album est Petrus,
Ergo hoc album est leo.

In secunda.

Petrus est hoc album,
Paulus non est hoc album,
Ergo Paulus non est Petrus.

In tertia.

Petrus est homo,
Petrus est hoc album,
Ergo hoc album est homo

Aduerte, quod hi syllogismi
affirmatiui nituntur huic prin-
cipio: quæ sunt eadem vni ter-
tio sunt eadem inter se. Nega-
tiui nituntur alteri: illa quorum
vnum est idem cum aliquo ter-
tio; alterum verò nequaquam
sunt inter se diuersa.

Aduerte, etiā ex duabus par-
ticularibus non posse fieri syl-
logismum, bene ex duabus sin-
gularibus, quia particulares sūt
incertæ: ac singulares certæ, &
determinatæ. Aduerte, eādem

pro maiori, & maiorem sum-
mē pro minore, & concludes
contradictoriū minoris cōces-
sæ, & sic reducetur ad Barbara.

Bar Omne animal est lapis,
ba Omnis homo est animal,
ra. Ergo omnis homo est lapis.

gatæ pro minori, & minori sūp-
ta pro maiori, & sic infertur cō-
tradictorium maioris cōcessæ.

Bar Omne rationale est homo,
ba Omne animal est rationale,
ra. Ergo omne animal est homo.

sitorius, quia ipsius medio sciē-
tiarum principia, & quasi ele-
menta exponuntur. Inuenitur
in qualibet figura, vt clarebit.

quod hic syllogismus rō est ex-
positivus, hæc essentia est pa-
ter (loquendo de diuina) hæc es-
sentia est filius: ergo filius est pa-
ter, quia medium nō accipitur
plene, & omnibus modis singu-
lare cū in se contineat tria sup-
pola, & reuera sit eis cōmūnis

CONTROVER. VLT.

De modo inueniendi medium.

Prima regula, ad concludē-
dam propositionem vniuer-
sale affirmatiuam summiendū

est medium consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum: v. g. si velis concludere hanc: omnis homo est substantia, medium congruum erit animal, quia est consequens ad subiectum (idest sequitur ex illo) scilicet hominem. & antecedens ad prædicatum (idest quod prædicatum ex illo sequitur) scilicet substantia, & sic argues: omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Ratio est, quia vniuersalis affirmas solūm concluditur in prima figura, v. g. in Barbara, in qua medium est subiectū, & sic antecedit maius extremum, quod est prædicatū in cōclusionē, in minori est prædicatum, & sic consequitur minus extremum quod est subiectum in cōclusionē.

Secunda regula, ad cōcludēdū vniuersalē negatiuā (quæ solū concluditur in 1. & 2. figura) mediū sūmendū est consequēs ad subiectū, & extraneū, seu repugnans prædicato, si syllogismus fiat in Celarent, & Camestres, nam si fiat in Camestres, sūnītur mediū repugnans subiecto, & cōsequens ad prædicatū, v. g. si hæc, nullus homo est lapis cōcludatur in Celaret, & Celare, mediū erit rationale quod est

consequēs ad hominē, & extraneū lapidi, & sic argues: nullum rationale est lapis: omnis homo est rationalis: ergo nullus homo est lapis. Si verò eadē in Camestres cōcludatur, mediū erit insensibile, quod repugnat homini, & est cōsequēs ad lapidē, & sic argues: omnis lapis est insensibilis: nullus homo est insensibilis: ergo nullus homo est lapis. Ratio est, quia in duobus modis primis mediū remouetur a maiori extremitate, & cōsequitur ad minorem cum prædicetur de ea. In tertio verò medium consequitur ad maiorem extremitatē, & remouetur a minori.

Tertia regula, ad concludendam particularem affirmatiuā (quæ solū concluditur in prima, & tertia figura) mediū sūmendū est consequēs ad subiectum, & antecedens ad prædicatum in prima figura, & in tertia antecedens ad vtrūq; v. g. aliquis homo est viuens, in prima figura, vt concludatur medium congruum est sensibile consequens ad hominem, & antecedens ad viuens, & sic argues: omne sensibile est viuens: aliquis homo est sensibilis: ergo aliquis homo est viuens. Ratio eadē est atq; in 1. regula. In 3. figura mediū erit rationale antecedens

ad homi.

hominem, & viuens, & sic ar-
guetur: omne rationale est viues;
ergo quod rationale est homo: er-
go aliquis homo est viuens. Ra-
tio est quia in tertia figura me-
dium est subiectum in vtraque
præmissa & sic antecedit vtran-
que extremitatem.

Quarta regula: ad concludē-
dam particularem negatiuam
(que concluditur in tribus figu-
ris) si sic concludenda, in pri-
mo summitur medium conse-
quens ad subiectum, & extra-
neum ad prædicatum. Ratio est
quia medium remouetur à ma-
iori extremo, & cōsequitur, ad
minus cum sit prædicatum. Idē
in modo *Festino* secundæ figu-
ræ. Et si fiat in *Baroco*, medium
accipitur extraneū a subiecto,
& consequens ad prædicatum.
Ratio est, quia medium conse-
quitur ad maius extremū, quia
est prædicatum, & remouetur
a minori extremo cum hoc remo-
ueatur. Si concludatur in tertia
figura accipiat medium ante

cedens ad subiectum, & extra-
neum ad prædicatū. Ratio est,
quia medium subicitur minori,
& repugnat maiori extremi-
tati & sic antecedit illā, & quic-
quid est extraneum, v.g. ut conda-
tur hæc; aliquis homo non est la-
pis in prima figura, vel in *Festi-
no*, medium congruum erit ani-
mal consequens ad hominem,
& extraneum lapidi. Si concli-
datur in *Baroco*, medium erit in-
sensibile extraneū ab homine,
& consequens ad lapidem. Et si
in tertia medium erit rationale
antecedens ad hominem, & ex-
traneum lapidi.

Consueuere hic multi argue-
di methodum, & respondendi
pervulgare. Omittimus nos, ut
difficilis obseruationis docu-
mentum; arguenti enim per-
vicacitas, & arguentis acrimo-
nia; respondentis, fecunditas,
& facunditas nesciunt multo-
ties seruandum modum; vni-
quisq; autem suæ modestiæ cō-
sulat.

F I N I S.



*Letra de Luis, por el qual se
mandado que se ponga en
...*

*Yo mande que se faga
...*

1633 1635

934
95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

*Don J. Jaime marañon
abba de piedad y diputado del reino
de aragon guarde el cielo ccavago*

*Co ab ...
pto ferat*

T 1

Be
exi

R

egve
temoni
t adrum

mo fce
T. 8. L
febr

DINARI
nienfirat
1555